Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
RB
113
ROMA
R. B. 113.

A.B.113

ANTONII

DE MATTHEIS VETERIORI COGNOMINE DE PAPARESCIS ROMANI LEGUM INTERPRETIS, ET IURISCONS. CLARISSIMI.

Examen ad rubricam, & ad principium legis prime, necnon

REPETITIO

Ad.§.*nihil commune.in.l.naturaliter.*C V M *incluſis tractatibus,*

De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.

De reſtitutione ſpoliatorum.

De cumulatione actionum.

Deque ordine cognitionum.

*ff.*DE ACQVIRENDA VEL AMITTENDA *Poſſeſſiõe.*



Motu proprio &c. Cum ſicut accepimus dilectus filius noſter An-
tonius de Mattheis I.V. D. ab annis uiginti plures, ac diuerſos in
iure ad communem omnium utilitatem tractatus compoſuerit &
in publicum ediderit impreſentiarumq; alios tractatus uidelicet de
cauſa poſſeſsionis, & proprietatis de reſtitutione ſpoliatorũ, de cumulatione actio
num, de ordine cognitioñ cum repetitione ad. SS. nihil cõmune ff. de acquireñ.
poſſeſſ. Item, & quaſdam additiones ad auc. ſacramenta puberum. C. ſi aduer.
ven. ſimiliter ad communem omnium utilitatem multis cum vigilijs compoſuerit,
& in lucẽ edere paratus ſit, cupiatq; ne ſine ſui expreſſa licentia opera talia ha
ctenus non impreſſa per decennium proximum futurum à quouis cuiuſcunq; digni
tatis, gradus, ordinis, conditionis uel præeminentiæ fuerit, & in quouis loco ea,
vel etiam cum alijs adiuncta ſiue collecta etiam cum vniuerſitate tractatũ seu re-
petitionum coniunctim vel ſeparatim imprimantur vel imprimi iubeatur, seu
procurentur auxiliumque impreſſoribus præbeatur, neque à quouis librario uel
cuiuſcunque profeſsionis uiro vendantur vendiq; procurentur. Motu ſimili, et ex
certa ſcientia noſtra quæ literatis uiris maxime legum profeſſoribus quorum etiã
doctrina (deo mediante) mundus regitur, & illuminatur ſemper fauere conſueuit
inhibemus omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus tam in Italia quàm extra Italiam
exiſteñ. præſertim bibliopolis, ſeu librarijs librorumq; Impreſſoribus, & Mer-
catoribus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ
a qua niſi ſatisfacto de pœna infra appoſita abſolui non poſsint in terris vero san-
ctæ Ro. Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis omiſsionis librorum, & trecen
torum Ducat. auri pro tertia parte Cameræ Apoſtolicæ pro alia tertia Eccle-
ſiis maioribus locorum, & pro alia tertia eidem Antonio applicañ. per eos ſuper
nominatos eorumq; fautores, auxiliatores, & cooperatores cuiuſcunq; gradus, di-
gnitatis, ſtatus, & præeminentiæ ſint ipſo facto incurrẽda ne tractatus prædict.
& additiones coniunctim vel diuiſim vt ſupra hactenus non impreſſos imprimãt
vel imprimi faciant impreſſoribuſue ſub quouis colore auxilium vel cõſilium aut
fauorem præſtent, neq; venales habeant aut venditoribus conſilium vel fauorem
impartiantur per tempus decennij proxime futurum incohoandum ab operibus ip
ſis præfectis ſeu aliquo ipſorum, & in hac prima vice de licentia ipſius Antonij
prædicti impreſſo, & dicto decennio durañ ſine licentia, & in ſcriptis obtenta
ab ipſo Antonio eorundem tractatuum compoſitore. Mandantes vniuerſis venera
bilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis eorumq; Vicarijs
in ſpiritualibus, ac officialibus, generalibus, & in ſtatu temporali S.R.E. etiam le
gatis & vicelegatis ſedis Apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus, gubernatoribus, aut quotiens
pro ipſius domini Antonij parte fuerint requiſiti vel eorum alter fuerit requiſi-
tus vt eidem legitime perſonæ pro parte ipſius Antonij requireñ faciant auctori

ate noſtra inhibitionem noſtram huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari, ac bibliopolas ſiue librarios Impreſſores, & Mercatores, necnō fautores quos huiuſmodi inhibitioni contraueniſſe eis conſtiterit excommunicationis, & alias cen̄. & pœnas incurriſſe declarent, ac pro talibus publice nunciari mandent, & faciant contradictores quoslibet, & rebelles per cen̄. eccleſiaſticas, etiam ſæpius aggrauan̄, & per alia iuris remedia compeſcen̄ inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, nō obſtan̄ fe. re. Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri de vna & concilij generalis de duabus dietis, ac alijs conſtitution̄. & ordinationibus apoſtolicis, cæterisque contrarijs quibuſcunque, & inſuper quia difficile eſſet præſentem motum proprium ad quælibet loca deferri, volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus ipſius tranſumptis vel exemplis etiam in ipſo opere impreſſis plenam, & eandem prorsus fidem vbique, tam in iudicio quàm extra haberi quæ præſenti originali haberetur, & quod præſentis motus proprij ſola ſignatura ſufficiat in iudicio, & extra regula quacunque contraria non obſtan̄ que hic pro expreſſa &c.

Placet Motu proprio. I.

Dat. Romæ apud ſanctum Petrum quartodecimo Calen. Decēbris Anno ſecūdo.

Extat & Priuilegium Regis Catholici pœnale, ne quis imprimat faueat uendat &c. ſicut in Motu proprio prædicto.

Extat etiam ſimile Inuictiſſ. Ducis Florentiæ ſub grauiſsimis mulctis.

& Senarum   A ij

LVDOVICO DE SIMONETIS. S. R. E.
Cardinali, & Sacroſancti concily Tridentini legato. Antonius de Mattheis Romanus. S. P. D.

COgitanti mihi Digniſsime præſul Cuinam opus nuper editum dicarem Religio, doctrina, humanitas, autoritas tuæ apparuerunt. Quo factum eſt ne meus animus (ultra quærendo) amplius laboraret, Nemo erat quem ob innu-meras uirtutes magis q́; te colerem & admirarer, nemo cui mea fidelius commendarem. cum enim ab ineunte etate Religioni lite-ris & moribus te ita dederis, ut omni ſemper uitii ſuſpitione ca-rueris. Cui magis mea credenda erant? & à, quo diligentius ſpeculari, rectius iudicari, gratioſius foueri poſſe arbitrarer? Tibi igitur mitto hunc librum non ad quorumdam conſuetudinem ela-boratum (non enim quòd in aliquibus legum materijs doctorum di-cta omnia congerantur ita ut eodem in loco abſq; plurium librorum reuolutione ſtudioſi edoceri uideantur, laudabile fore putaui. mi-nus utile exiſtimaui. niſi eo modo repugnantia diſtincta, & ſu-perflua reſecata, aut quedam addita aſſe inueniantur, quæ tanquã noua placeant & plures controuerſias dirimant. Nã tunc (ut non ignoras pater Ampliſſime) etiam legentium animos inflammant, ut ſubtilius iura ſpeculentur, ut maiorum interpretãtium dicta ipſa, magisq́; ab alijs recitata ne quandoq́; à, relatoribus parum cognita uel minus fideliter poſita tueantur) Sed mitto pro poſſe di-geſtum & uiribus ordinatum, ſi minus ſufficienter, nõ ignauie, cũ nec retro actorum temporum iniuria, neq. hominum iniquitas (qui-bus nulla maior aduerſaria eſt bonarum artium profeſſoribus) ſic affligere me ualuerint ut deterritus à, ſtudijs auocarer, ſeu labo-ribus feſſus à, iuris interpretandi more deu arer, ſed fortunæ ma-gis (Rogo) attribuere uelis. Certe ſedulo elaboraui. neq; diffido quin Pius Deus occũrrerit bonæ mẽti. Vale. Romæ idib. Decẽbr.

ANT. DE MATTHEIS
ROMANVS.

AD RVBR. AD L. PRIMAM. FF.
DE ACQVIRENDA VEL AMITTENDA POSSESSIONE.

DOMINVS RERVM OMNIVM CHRISTVS DISIPVLIS *dic[illegible] luceat lux ueſtra corã hoĩbus ut uideãt bona oƥa ueſtra illud ẽt nos docet ne hominũ oƥa poſsint uideri bona ſine lumine sui numinis ut ẽt diuus Iacobus ait, oportet id igitur ſuppliciter inuocari ubi maxime plenius consulendũ ſit ut in hac poſſeſsionis et proprietatis materia que ne dũ difficillima ſed & periculoſa reputatur dũ litigantium quilibet ſe poſſeſſorem contendit, dũq; uel ne eyciatur eiectusq; ne proprijs uiribus expiatur atq; ad arma irruatur iure medio prouidendũ eſt,*

Ante tamen quàm eã ingrediamur ne omiſsis innitijs atq; non habitis præfationibus que euidentiorẽ preſtãt intellectũ iuxta poſita in.l.prima.ff.de origine iuris incõueniens primordiũ fiat, examẽ suƥ rubrica necnõ suƥ principio legis prime, huius noſtri tituli.ff.de acquir.poſſeſſ.pro euidentialibus dicendorum in.§.nihil commune super.l.naturaliter faciemus. Vnde.

GLOSA rubrice diuiditur in duas partes in prima continuat, in ſecunda per modũ queſtionis opponit, ſecunda ibi, & nota. ¶ Communiter continuatur ꝙ dictum ſupra ſit qualiter iure gentium dominia querantur vt in titulo de acquiren. rerum dominio, nũc dicere cõueniat qualr iure ciuili. Quod ſit per vſucapionem, ad quam introducendam cum requiratur poſſeſſio, ideo de ipſa poſſeſſione ſequitur eſſe uidendum. Dicemus igitur ꝙ (quia ſit ad ſequentia) non proprie hanc debere dici cõtinuationẽ, ſed ſubordinationẽ ſicut opinatur purpur. in rubrica.C. de ædẽdo. Aretin. aduerſatur, ꝙ ſecundũ rõnẽ

predictam poſt hunc ſequi deberet titulus de acquir. rerum dom. cum non minus iuregentium dominia cum poſſeſſione quærantur. vt videre ē, in. l. 1. eodem. ibi dominiumq; rerum ex naturali poſſeſſione cepiſſe &c. Idē ſoluit per Albericum immo illo iure neceſſariam non eſſe poſſeſſionem. l. ſi fundum, & ibi glo. ff. de fundo dotali. Quæ lex (ſecundum Iaſonem) loquitur de acquiſitione iuris ciuilis, quem Florentini rephendunt quia contractus omnes dicuntur de iure gentium. l. ex hoc iure gentium. ff. de inſtit. & iure. & de contractu dotis loquitur ī ſpecie tex. in. §. per traditionem inſtit. de rerum diuiſ. Reſpondent ad. d. l. ſi fundum eſſe caſum ſpecialem, ꝙ dominium per nudam transferatur traditionem, vnde ſubintrat regula. l. ꝙ contra. ff. de legibus. ¶ Secūdo reſpondent, Aretino, in vtroq; iure neceſſariam eſſe poſſeſſionem, verum quia dum acquiritur de iure gentium, dominium & poſſeſſio, equaliter ſe habēt, eodemq; tempore naſcūtur. Sed dominiū dignius eſt poſſeſſione vt in. l. 1. cū notatis. C. ſi de momentan. poſſ. fuerit appel. ideo titulus de acquirēdo dominio præpoſitus fuit. Quæ dignitas non eo modo attenditur in dominio iuris ciuilis, quia poſſeſſio in acquiſitione eſt eo vetuſtior, vnde fuerat anteponenda, argumento l. prime, ſupra titulo primo, & l. ii. ff. de albo. ſcriben. ¶ Sed contra hoc Florētini quia quamuis dignius ſit vt ſupra, tamē dominium ē effectus poſſeſſionis, vñ poſſeſſio vt cauſans vbiq;, erat præponenda, arg. l. licet in. §. ea obligatio. ff. de procurat. Vnde volunt aliter, ꝙ iureconſul. hic loquatur de cō
17 tinuata poſſeſſione per quam dominiū, quæritur. l. iii. ibi per continuationem, infra titulo primo, nō de momontanea de iure ciuili, quæ dicitur occupatio iuriſgentiū dominium producens, nam hæc continuata iuriſgentium non eſt neceſſaria, ideo non præponitur illius iuris acquiſitioni. ¶ Aduerto, ꝙ continuatio non facit quin eadem poſſeſſio ſit, ex qua dominia (quouis iure) quæruntur, item non ideo minus hic dr̄ de momētanea, vt videre ē, in. l. prima. ibi quæ terra mari cœloq; capiuntur. Et in. §. itē acquirimus, & in. l. ſtipulatio iſta, in. §. hoc quoq;, de verb. oblig. vbi ſeruus ciuiliter non poſſidet. ¶ Conſidero igitur poſſeſſionem abſq; illo dominio iuris ciuilis, de ſe poſſe manere, ꝑambula enim eius eſt, ſatis antecedens, quæ quidem (vt id producat) aſſociari plerumq; debet cum bona fide. ac titulo iuris, vt in ſuis locis, ideo ſibi hunc titulum aſſignarunt ante dominiū eius effectum, de quo ſupra. ¶ Nō obſtat ordo codicis, quia cum ibi etiam tractetur de præſcriptione cui non minus poſſeſſio conueniebat, ideo inter titulum vſucapionis, & illum præſcriptionis, īntermediatus eſt ille de acquiren. poſſeſſione, ſic Azo in ſumma. ¶ Quem ſequamur, cum ſatis notum ſit continuationem poſſe ſubſtineri ex ratione particulari. Et hæc ſolutio dabitur Aretino, ꝙ poſſeſſio de qua hic intermediata ſit quia vtriq; conueniebat, ideſt dominio iuriſgentium de quo ſupra, & iuris ciuilis de quo infra. ¶ Nec obſtat Ruyn. ꝙ ſaltim ordine ītellectus poſſeſſio dominium præcedit, quo attēto erat præponēda. Quia dicerē hoc reſpectu fuiſſe ꝑpoſitam in. l. 1. ibi. quæ Terra Mari Celoq; capiuntur, itaq; ibi dicitur de poſſeſſione, poſt ſequitur de dominio, dum dicit capiētium fiunt. ¶ Præterea cum illo iure pariter procedant, & perdantur (veritate inſpecta) vt patet in. l. iii. ſupra titulo primo, ibi cum euaſerit &c. Quāuis aliter ex fictiōe, vt ibi (ſi eius rei difficilis perſequutio non ſit) dicere nō poſſumus in illo titulo de poſſeſſione non fuiſſe taliter dictum, ꝙ pro tali dominio iuriſgētium acquirēdo neceſſaria eſſet poſſeſſio de qua hic, & conſequenter, hoc habito reſpectu titulus hic præſupponēdus eſſet. Nam in titulo illo nō minus de ꝑdicta poſſeſsione quam de

dominio dicitur,quamuis ob maiorem dignitatem ſub nomine dominij titulus deſcribatur, itē quia poſſeſſio habebat titulum ſuum de quo hic, opportebat ut dominium titulo non careret, igitur &c. ¶ Nec obſtat, ꝙ dicebatur p. d. §. ea obligatio,quia quamuis vna ab altera deſcendat,tamen conſiſtunt in diuerſis perſonis,vna in perſonam debitoris, altera creditoris,vel dic immo non preponitur cauſans,vt patet in rubrica. C. de action.& obligat.igitur.&c. ¶ SE-
3 CVNDAM gloſæ partem aggrediamur, vbi per doctores fit examen,cōtrariorum quomodo ſit eadem diſciplina, Soccin.lucidando Bartolum,in.l.inter ſtipulante. §. ſacram.ff. de verb. oblig. explanat hāc Regulā in cognitione cognito enim ex.contrariis vno,nihil impedit alterum cognoſci,ſiquidē cognoſcimus animo ſolo perdi poſſeſſionem, remanet nobis cognitum eo ſolo retineri,ſic Florent.per.l.iii.in.§.in amittenda,in titulo noſtro, probaturque.ff. de his qui ſunt,ſui vel alien. iur.in.l.1.per quam Bal.infert non eſſe credendum teſti deponenti quē eē male famæ, ſi quando interrogatus neſciret que ſit bona fama ¶ Iaſon contra nam ſuperflue Rubrum poneret verbū (ammittenda) ſat. enim eſſet ſecundum hæc,ponere verbū (acquirenda) & ſimiliter in titulo,nihilominus dicitur de amittenda.l.iii.§.in amittenda.l.clam.§.qui ad nundinans, negat igitur, ꝙ ex vnius cognitioni cognoſcatur alterum,vt per Bar.in.l.1.in quarta & quinta quæſtione. Vnde vt ſaluet concluſionem negat hic eſſe cōtraria,cum a pari potentia non introducātur.l.ab emptione.C.de pactis, acquiritur enim animo & corpore,ſed amittitur animo ſolo. Quamuis Iaſon ipſe nō iſtis verbis vtatur, ſed dicat regulā procedere,vbi neceſſario per cognitionem vnius contrariorū,alterius cognitio ſequatur. ¶ Qua de re Florent.dicunt nō eſſe contraria, ſed diuerſa, pro quo. l. ſcripture.C.de fid.inſtrumen.contrari-

um quidem acquiſitionis eſt,non acquirere,amiſſionis,nō amittere,vt per glo. in.§.ſed & ipſis.ff.vt leg.nom. cauea.cepit à Decio in regula eius ē nolle ¶ Dicas tu contra iſtos quia ſi contrarium acquiſitionis eſt non acquirere,tāto fortius eſt amittere, quia qui amittit in eodem, non acquirit. ¶ Non obſt.dum conſiderant ꝙ ſuperfluæ poneretur verbū amittenda in rubrica, quia dico ꝙ voluit indicare modum idest in titulo dicere de modo acquirendi, & amittendi,ſic loquitur.l.quemadmodum, cum ſimil. ¶ Fateor ꝙ regula noſtra non procedit in modis, nam modi diuerſi ſunt & non aduerſi, vnde cognitio vnius non oſtendit cognitionem alterius, ſecus in cognitione prædicati, nam cognita acquiſitione per locupletationem cognoſcitur amiſſio que fit per deſinentiam locupletationis. ¶ Nō obſt.illud medium,videlicet non acquirere, quia reſpondeo ꝙ loquitur vbi quid actualiter fiat,& in eſſe deducatur, nam verba non acquirere,nihil in eſſe ponunt, ſed ſolam ſignificant deſinentiam,ergo non poſſunt pro facto contrario aſſignari, neq; pro medio impediente contrarietatem ſeu contrariorum cognitionem. ¶ Hoc modo intelligo regulam eius eſt nolle.ff. de regul. iur. nam eo ipſo quo cognoſco illud velle dicor cognoſcere poſſe nolle,nec illud mediū videlicet non velle,impedit contrariorū cognitionem. ¶ Contra hoc eſt tex.in.l. quēadmodū infra eodē, per quē Alexā. & Aretinus dicunt cōtrariorum eandē eſſe diſciplinam, qui de acquiſitione loquitur & amiſſione. Communiter ſoluitur,loqui vbi à corpore inciperetur,ſecus ab animo ſolo,vt nos,pro quo tex. in.l.peregre in.§.quibus. ¶ Aduerto ordinem litere in.d.l. quemadmodum, ꝙ ab animo incipiatur. Dic tamen ſpectari ordinem intellectus, probo cū aliter dicendo, ſequeretur ꝙ ſi corporaliter poſſidens deſineret habere animum poſſidendi,minus amitteret poſſeſſionem.

Quod eſt contra exempla,in.d.§.in ad mittenda in verſic.itaq;.¶ Tenerem igitur cum iſtis,& inferrem contra Bald. de teſte,nam contrarium dicto teſtis ẽ, non eſſe male famę. quamuis igitur neſciret quæ ſit bona fama,nõ per hoc tolleretur eius dictum de quo ſupra.¶ Secundo concluditur contrariorum eandem eſſe diſciplinam,quo ad iuris diſpoſitionem,vbi eadem ratio eſt,ſi igitur in aliquo caſu diſponeretur & in contrario diſpoſitum remaneret.¶ Exemplãt quia per partes cõpromiſſum fuit, ideo ſtatur ſententię inique, ſicut æqua,vt in l.diem proferre.§.ſtari,de arbitriis,ita Soccyn.hic,per Bart.in.d.§.ſacram.ad ꝙ inducũt tex. in l.fi.§.fin. de leg.iii.l. ſed & ſi contra,de vulg.& pupill. & in. l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.in.l. pen.C.de ſolut.l.ſicut maior. C. de reſpud hæred.¶ Sed dico ꝙ .l.penul.facit pro ſecunda,non autem pro prima cõclusione Soccyni.ſimiliter.d.l.& ſi contra,&.d.l.fin. ¶ Ex quibus infert hic Aretin. ꝙ ſicut ſententia lata ſuper repulſione exceptionis ẽ interlocutoria, ita ſuper admiſsione,quia quamuis peremptorie exceptionis,tamẽ ratio vtriq; eſt communis,illa videlicet, quia lis ſuper his non cõteſtatur, & vtraq; poſt ſe diffinitiuam expectat. ¶ Secus vbi eſſet ratio diuerſa,exempla per eum. ¶ Aduerte quia caſus noſter habet ſe quando in vno caſu diſponeretur, an in contrario caſu diſpoſitum cenſeatur, ꝙ autem ſupra dictum ẽ de compromiſſo, nõ diſponitur in vno caſu ſed indefinite, etiã lex diſponit indefinite ꝙ ſententiæ arbitri ſtetur ex ratione indefinita,quia cõcompromiſſum eſt, argum.l. pen.ff.de iudic.& in.l. 1.ff.de arbitr. Tũc enim in vno caſu dicendum puto cum æque ſententie ſtari partes profitentur,& non viderem rationem cur inique parere teneantur,immo ratio cõtraria quæ ſummitur ex ipſo dicto,effectum contrariũ operabitur,argu. l. cum ratio. C. de bon. dãnat. ¶ Vnde dico ſic, quod eadẽ rõ ne qua ſtatur æque non ſtetur inique, quia igr̃ diſpoſuerunt, vt ſtaretur æque diſpoſitum debet cenſeri (& ſi non ſit expreſſum) ne ſtaretur iniquæ argum. l. cum prætor.ff.de iudicis, niſi alia ratio exprimeretur in dicto quæ conueniret vtriq; contrariorum,puta ſi partes dixerint velle ſtare ſententiæ æquæ quia nõ amplius volunt litigare &c.¶ Sic exemplarem,& intelligerem verba Bartoli in d.§.ſacram. ibi,non circa id ꝙ eſt cauſa eius effectus &c. Et hoc modo intelligo Soccyn.ibi,ſecunda concluſio ẽ &c. Nam ratio & cauſa ſummitur ex ipſo dicto,vt in præfato exemplo, quandoque non ſumitur ex dicto, vt in terminis. l. cum prætor.ff.de iudic. vt per glo. ibidem declaratur, ſed ſumitur ex alia diſpoſitione ſeu alio dicto, nam ratio.l. fin.§.fin.de leg.iii.&.l. & ſi contra.ff de vulg.& pupill.ſumitur ex regula qui cõmodum lib.vi. ¶ Verũ hæc diſpoſitio eſt hominis,idẽ in iure dicetur,ius enim dixit habentem commodum ſentire incommodum,eadẽ æquitate ecõtra(quãuis non expreſſerit)interpretãdum eſt, vt.in.d.iuribus & mille darentur. Vbi per terminorum inhabilitatem non impediretur,arg.l.q teſt.ff.de teſta.¶ Vel ſpeciali ratione, vt per Alex.& Iaſon.in d.§.ſacram.per tex.in.l.fin. de verb.ſignifi.¶ Si mandatum ſit facultatibus eccleſiæ diminutis, vt clericorum numerus diminuatur, mãdatarius his auctis, numerum non augebit,quia ſpecialiter lege cauetur mandati fines diligenter eſſe cuſtodiendos, hoc modo concluſio limitatur. ¶ Sed Aretinus in Clement. de heret.contra hoc vltimum ꝙ immo cõcluſio noſtra procedit, etiam in his, quæ ſunt ſtricti iuris. Reſpondetur, ꝙ ſtrictius proceditur in mandato, ſemper enim in eo ꝙ non exprimitur pro omiſſo haberi debet,& ſi maior rõ ſubeſſet in non expreſſo, licet non ſic in iis quæ ſunt ſtricti iuris,vt patet in diſpenſationibus in. c. venerabilem, qui filii ſint legiti.cum ſimil. ¶ Conſidero ꝙ

in.d.c.

in.d.c.fin.natura illius verbi moderantes,potius operatur ne poſſit numerum augere,ſic ibi dicitur,& innuitur ꝙ ſi verbũ id non repugnaret,augeretur.¶ Dico tamen ꝙ ſi verbũ illud, vel ſimile diminutionem importans nõ poneretur, caſus noſter ibi adaptari nequiret, itaq; ſi augeret is cui mãdatum eſt,non id faceret ex regula contrariorum, recedo per hæc a limitatione. ¶ Regulam firmo ſeu concluſionem per.d. regulam. qui commodum,& in aliis per eũ allegatis iuribus,nam commodum & incommodum quamuis neceſſario contraria non ſint,quoniam eſt dare medium ſcilicet,non commodum, tamen illud medium non impedit contrariorum diſpoſitionem, & quin contraria ſint, per ea quæ in articulo prox. dixeram.

DEinde doctores inferunt ad queſtionem primam, nunqnid prohibita condẽnatione in materia ſtricte intelligenda,& abſolutio prohibita cenſeatur.glo. in Clemẽ. prima,de heret.tenuit negatiuam per illum text. vbi prohibetur Ep̄s abſque inquiſitore Hæreticum cõdemnare, nõ per hoc abſoluere prohibitus cenſeri debet,quam ſequuntur communiter canoniſte,ex ratione.l.precipimus in fin.C. de appell.& Decius in.l.nemo qui condemnare nõ poteſt.ff.de reg.iur. ¶ Aretinus hic Soccyn. poſt Ancharan. in.d. c.contrarium tenet,ex motiuis quæ breuitatis cauſa omittam. ¶ Et faciam plura capita,ꝙ aut quis nullo modo habet. iuriſdictionẽ abſoluere non poteſt,quia non condemnare, ſic Oldr. & Alberic. in.l.iii.ff.de re iud.intelligunt regulam præfatam,& iſdem ibi Decius,dum dicit nemmem qui condemnare non poteſt, abſoluere poſſe,ſic etiam tex. in.l.ſolet. ff.de off.proconſ. ¶ Cõſidero quod ita intelligendo ll.facte eſſent ſuper indubitabili,nam cuiq; notũ ẽ condẽnare neq; abſoluere poſſe niſi habẽtem iuriſdictionem,vera tñ cõcluſio eſt, quã exempla, vt non habeat iuriſdictionem in eadem ſpecie,puto in mero imperio habet tamen in aliis puta ciuilibus. ¶ Aut quis cum à principio habuiſſet cognitionẽ diffinitionẽq; modo prohibitus eſt condemnare,tamẽ abſoluere poſſet,eſt tex. in Clem.prefata,fortius ſi ordinarius vt ibidem,ad ꝙ.l.Arrianus.C.de heret. & l.abſentẽ.ff.de pœn.&.l.iii.§.adeo. C. vbi ſenat.vel clar.ad idem tex.in auct.vt clerici apud proprios Epiſcopos.in fine.Vide Cæpoll.in conſil.xli. ¶ Ad argum.ꝙ facit Iureconſul.in.d.l.obſeruare,ibi nec enim &c.dic. ꝙ ſub verbis gladii poteſtate comprehẽditur abſolutio, & poteſtas recipiendi accuſationem de qua ibi,& per doctores in. l. imperium. ff.de iuriſd.om.iudic.non autẽ,ſub verbo condemnare.¶ Non obſt.Aretin.p̄ regulam.l.ſi quis ſeruo.C.de furt.& per glo.in.l. ꝙ vero.ff.de legibus, quod ſi duo per legem antiquam equiparantur, diſpoſitum in vno trahitur ad aliud, & eſt interpretatio paſſiua.Quia reſponderem illud procedere vbi eadem ratio eſt equiparatorum,ita regula procedit, vt per doct.in.l.ſi vero in.§.de viro.ff.ſolut.matrim.ſed in terminis noſtris ẽ diuerſa,vt in.l.abſentem.ff.de pen. l.cum ſimilĝ &c. ¶ Non obſt.tex.notabilis in.§.ex his,in auct.de heredi, ab inteſt.dũ Imperator dicit ꝙ ex his quæ dicta ſunt in.l.corrigente ius antiquum circa ſucceſſionem cognatorum & agnatorum, apparet quid iuris fiat in tutela.¶ Quia reſpondebo illud eſſe propter ſucceſſionis emolumẽtum, ideo & tutele onus eſſe debet,dicit tex. in.§.fin.inſti.de legit. agnat.tutela,ad ꝙ regula qui commodum in lib.vi.vnde ſi vocantur cognati ad ſucceſſionem cum agnatis,ideo & ad tutelam vocabuntur,non tantum ex ratione æquiparationis quantum ex ratione præfati.§.fin. ¶ Nõ obſtan.Soccy. ꝙ arguere ſit in effectu de actore ad reũ, quo caſu bonum eſt argumẽtum,in materia correctoria,ad ꝙ glo.in Clem.ſæpe,in verbo.voluerit, de verborum ſi-

gnificatione. Quia nõ debent ad impar iudicari per.l.fin.C.de fruct.& lit.expẽſ. quia i ñdeo veꝝ eẽ ſicut ſupra, vbi eadẽ rõ ſit hĩ per oẽs in.l.ſi quis intẽtione ambigua.ff.de iudic. ¶ Non obſtat,l.ſolẽt ff. de offic.procõſ. quia ſupra rñſum fuiſſe puto. ¶ Non obſtat. iſdem dũ arguit de pſcriptione iuriſdictiõis vbi ſtricte magis proceditur quã in ſtatutis, vt per Bar.in.l.1.ff.de itin.actuq; priuat. & tñ pſcripta ptãte abſoluendi cenſetur ẽt pſcripta ptãs cõdemnãdi, vt per oẽs in.l. imperiũ, quia illud dico in odiũ patiẽtis pſcriptionem qui paſſus eſt & negligentẽ ſe habuit in eo in quo iura magis ſollicite ipſum habituꝝ fuiſſe volunt, atq; iubẽt.d.l.abſentem. ¶ Vñ propter maiorem rõnem & ptãs cõdemnandi pſcripta cenſetur, ratio enim præſcriptionis introducẽde fuit negligẽtia, vt in. l. fin. C.de Ana.except. Ergo &c.

SEcunda qõ eſt extante ſtatuto ne ſoror fratri ſuccedat, an frater excludatur à ſucceſſione ſororis, Bal.in. l.legẽ.xii.tabul.C.de legit. hered. dicit negatiuã per illũ textũ, vbi d media iuris prudentia exiſtit ſtatutũ, ne fœmine ſuccederẽt agnatis, & nihilominus agnati fœminis ſuccedebant. ¶ Secundo dato vno inconuenienti, ne videlicet ſoror &c. nõ debet aliud ſequi, hãc ibi Paul.Corn.& Alexander in.d.§.ſacram.Iaſon.hic, & eſt cõis opinio, potiſſimum quia maior rõ ſuccedẽdi viget in maſculo propter honorem familiæ cõſeruandum, argumẽto.l.quiſquis.C ad l.Iul.maieſt.& §.hoc quoq; inſti. p q̃s perſon.nob.acquir. & quamuis rõ hæc tolli videatur in.d.l.legẽ. tñ per ſtatuentes renouata eſt, ꝙ fieri potuit, nõ enim legi directo contrauenerũt, de quo Bar. in.l.oẽs populi de iuſti. & iur. in tertia queſt. principali, tunc enim id eueniſſet cum lege cautum eſſet ne ſoror à fratris ſucceſſione excluderetur, de qua in §. cæterum Inſtit. de leg. Agnat. ſucceſſione cum igitur rõ per ſtatuentes renouata ſit ne in fœminis locum vendicet, communis cõcluſio verificatur, nec erit contrariorum eadem diſciplina, nec regule correlatiuorum (de qua Soccy. hic & conſil.75) locus erit. obſt. ĩte rõne diuerſa. ¶ Neq; tex.in §.filium, in auctentico q̃bus mod.nat.effic. ſui. nobis obſtabit, quia loquitur in noua ſucceſſione inducta præter commune ius, nõ cõtra, ita doctores. ¶ Declaro, nam quando filius legitimatur, eo ipſo legitimus ſit cum qualitate vt ſoli patri ſuccedat, nunquam.n. in caſu fuit, quo ipſe agnatis vel ſibi agnati ſuccedere ſperarentur, ſi ergo ibi dicitur ne ſuccedat agnatis, equa rõne ſit econuerſo, ſed in caſu noſtro ſuccedunt ad inuicem iure communi, ſi demum vnus prohiberetur, nõ eſt dicendum alterũ prohiberi ad iuris correctionem, nõ enim patitur æquitas corrigi ius. Argumento l. ſancimus. C.de teſtam. ¶ Tunc quidem locus eſſet correlatiuis, cum nouiter in vno diſponeretur, puta. ꝙ adoptatus ſi poſt emanciparetur nihilomin' adoptiuo patri ſuccedat, profecto & patrẽ ei ſuccedere diſcẽdum eſſet. Et quamuis in caſu noſtro videatur iniquum repelli tantummodo ſororem, nihilominus ſeruari debet. l. proſpexit ff.qui & à quibus. ¶ Nec ob. tex.in §.cæterum inſti. de leg. agnat. ſucceſſ. ibi maſculi admittantur etiam ſi longiſſimo gradu ſint, itaq; videtur, ꝙ ſi non eſſet expreſſum non admitterentur. Quia dico verba illa non eſſe de media iuris prudentia, ſic Florent. probãt, quia tex. præfati §. retulit ſe ad.d.l. vbi dicitur hoc incognitum & inteſtinum non igitur expreſſum, quia tunc apertum & cognitum diceretur. ¶ Pondero verbum placebat in. d. §. quo capimus, ibi potius recitari ſubſtantiam, quam verba medie iuris prudentie, quæ ſubſtantia ſic ſumitur per argu. l. cum prætor. ff. de iud. ac ſi verbis exprimeretur, nunc nihil aliud ponam ſuper hac rubrica.

POSSESSIO APPELLATA EST A PEDIBUS, ET (VT LABEO AIT) QVASI PEDVM POSITIO QVIA NATVRALITER TENETVR AB EO QVI EI INSISTIT QVAM GRÆCI. &c.

PRÆMITTO
quæ ſuper rubr.
dictum eſt, ſum-
mabis per Bart.
& Alex. ¶ Diui-
ditur in tres par-
tes per doct. clari
us per Imolã dic
in duas. ſecunda ibi dominiũq; rerum.
¶ Et quelibet ſubdiuiditur in duas, in
prima particula prime partis ponit di-
ctum cum exemplo. ¶ In ſecunda eius
rationem, ibi quia &c. ¶ In prima ſecun
de ponit iuſgentium antiquum circa ef-
fectum poſſeſſionis. ¶ In ſecunda ibi
eiuſq; rei, quo modo effectus ille hodie
verificetur. ¶ In textu ibi à pedibus, pri
mo noto à pedibus poſſeſſionem eẽ de
nominatam, ab actu itaq; corporali qa
tenetur ab eo qui ei inſiſtit.

QVæritur cur potius à pedi
bus, quam ab alia corpo-
ris parte. Paul. de Caſtro,
quia immobilium poſſeſ-
ſio (quæ dignior eſt, vt in,
l. ſi rem mobilem, in eodem) capitur pe
dibus. Argumento .l. cum in diuerſis, de
relig. & ſump. funerum. ¶ Iaſon aliter,
ex ratione originis, primo enim immo-
bilium homines ceperunt poſſeſſionem
vt etiã ſumitur ex titulo noſtro. ¶ Op-
poneres forſitan. d. l. cũ in diuerſis. ff. de
relig. & ſumpt. fun. vbi caput ẽ dignius
cæteris membris, vt capite poſſeſſio ca-
piatur, videlicet & ſolo oculo. l. ꝙ meo.
in § ſi venditorẽ eod. Dico tamẽ illam
non fuiſſe primeuam, ſed caſu extrinſe-
cus poſtmodum ad inuentam, concur-
rente voluntate duorum, tradẽtis vide-
licet poſſeſſionem, & acquirere volẽtis,
non enim ſic acquiſiuit quis primã poſ-
ſeſſionem. ¶ Neq; ſedendo, vt quidam
dicunt à ſedibus, innuendo non aliter
quam ſedendo quem poſſidere, nec pri-
mã ſyllabam verbi poſſeſſio, reſoluẽtes.

QVæritur cur potius à
corpor̃ itaq; actu natu
rali, q̃ ab aĩo dicatur.
cũ nõ minus ĩ ea requira
tur. l. iii. § ĩ amittẽda,
ĩfra eod. Ita vt ſine ani
mo non poſſit acquiri quamuis maxi-
me quis corpore cõtingat, vt dicitur in
l. noſtra in § ſi furioſus. ¶ Paul. Dicit
quia corpus in acquirendo, eſt maximũ
quid. l. iii. & de iur. gent. (ſic iure priori)
corporalis introducta fuit, ſed illa ani-
mi iure ciuili. ¶ Iaſon cõtra, cũ animus
nobilior ſit. Not. in. l. iuſtiſſime. ff. de
edil. edic. item potentior tam in retẽtio
ne poſſeſſionis quam in amiſſione quæ
fit ſolo animo vt. d. § in amittenda. nõ
tamẽ corpore ſolo. l. clam poſſidere. §.
qui ad nũdinas infra eodem. ſed reſpon-
det iſdem, ꝙ in acquiſitione, magis cor
pus operatur. l. ii. § nerua filius ibi, qua
tenus ſub cuſtodia nr̃a ſunt, ideſt quate
nus ſi velimus earum naturalem poſſeſ-
ſionem nanciſci poſſemus, & acquiſitio
non retentio principaliter cõſideratur,
igitur &c. Argumento. l. ſi quis nec cau-
ſam. ff. ſi cert. pet. ¶ Florent. cõtra hoc

ex quo animus vt corpus in acquiſitio-
ne operatur. §. 1. infra eodem, vbi dici-
tur furioſum non incipere poſſidere,
quia non habet animum, qua de re ſol-
uũt, ꝙ qa poſſeſſionis acqſitio facti nõ
iuris eſt, vt in. d. §. ſed furioſus. ibi eam
rẽ facti non iuris eſſe. Et facta non ani-
mo ſed in corpore cõſiſtunt, igitur &c.
Ad ꝙ. l. deniq;. ff. ex quibus cauſis ma-
ior. ¶ Conſidera tamen ꝙ in. d. §. non
ſimpliciter approbant eſſe facti. ſed cum
adhærẽtia ciuilis poſſeſſionis, patet, dũ
dicit de intellectu, ſed hoc tollitur per.
d. l. deniq;. Dum dicitur ꝙ plurimum fa
cti habet, ſic ratio iſtorum ſubſtinetur,
ab eo ꝙ plurimum ineſt. ¶ Iterum op-
po. d. l. cum in diuerſis, vbi non attendi
tur corporis maior pars, ſed illa quæ re
putetur dignior, ideſt caput, ſed deberet
animus attẽdi, quia dignior ẽ, vt ſupra.
¶ Reſpõdeo quia ex capite quis cogno
ſcitur, ideo caput attendatur, & dignius
ẽ, quia plurimum operatur. vt ibi dici-
tur, vnde concludo, ꝙ quia ex aſſiſtẽtia
corporis cognoſcitur potius quem poſ
ſidere q̃ ex animo, cum hoc ſit, quid
intrinſecus, ideo magis a corpore deno
10 minetur, arg. l. dolum. C. de dolo. ¶ Se
cũdo notatur, ꝙ dominium cepit a na
turali poſſeſſione, itaq; dominiũ ſic iuſ
gẽtium primeuũ de quo in. l. ex hoc iu-
re gent. ff. de iuſti. & iur. cæpit originem
à iure naturali primæuo, quod quomo
do procedat vide Soccy. hic. Aduerte ꝙ
quamuis dominia contractusq; iuriſgẽ-
tiũ primeui fuerint introducta, illi ni-
hilominus bonam fidẽ (quam in his ad-
hiberi quandoq; neceſſarium ẽ, de qua I
l. 1. ff. de cõſt. pecun.) primæui iuris na
turalis eẽ dicem᷑, ſic ĩtelligo tex. in. c. ius
naturale, prima diſt. quã pro contrario
inducebãt. ¶ Tertio notatur valere ar
gum. ab ethimologia, de q̃ dicetur ĩ gl.

QVarto notatur, ꝙ capta
in bello ſtatim occupan
11 tium fiunt, quia in nulli-
us bonis ſunt, nam pari-
ficantur hic cum volati-
libus quæ ſtatim &c. vt patet in verbo,
protinus, adq; eſt tex. in. l. naturalem in-
§. fin. infra titulo primo ibi, quæ ab ho
ſtibus capiũtur ſtatim &c. ¶ Sed Alex.
contra, quia debent Imperatori ſeu Du
ci exercitus conſignari, qui diuidet inter
militer. l. ſi quis pro redemptione. C. de
donat. c ius naturale prima diſt. ¶ Dic
per Florẽt. capiẽtium fieri ſtatim quam
uis præſententur, vt quandoq; à magi-
ſtro militum diuidantur, hoc modo in
telligitur tex. in. d. l. ſi quis, ibi præſtat
iunctis ſequentibus ibi, vel de ſpoliis ho-
ſtium, quamuis reſpectu aliorum verbo
rum ibi. de ſua ſubſtantia &c. Importet
donationẽ. De qua in titulo illo. ¶ Di-
uiduntur (in quam) ex ratione Petri de
Bella pertica, ne plus conſequantur nõ
militantes vel ſegniter, quam acriter pu
gnantes, ſecundum merita enim diuidẽ-
da ſunt, vnde ſtatim capiẽtium fiebant,
ſed reuocabiliter. ¶ Neq; mirum eſt, ſi
hoc ad præfatum tex. in verbo ſtatim,
ſubintelligatur, cum in ſimili illud ſit,
ne etiam perfecte capientium fierent, ni
ſi intra præſidia deducerentur, Ang. hic
per tex. in. l. ſi quis in ſeruitutem, cum
ſequent. ff. de furtis, vide text, in. l.
poſtliminium. ff. de capt.

NOſtrum notabile procedit
ĩ mobilibus, immobilia ve
ro efficiũtur fiſci ſeu publi-
cãtur. Ad quod. l. in Agriſ.
ſup̃ titulo proximo. ¶ Et
procedit in bello iuſto. Alex. hic, ẽ tex.
in cap. ſicut, el. 3. de iur. iuran. ¶ Iuſtũ
bellum intelligas indictum per Princi-
pem, neq; noſtrum eſt dẽ cauſa inueſti-
gare, Ioan. Andreas in. c. olim cauſam
de reſtit. ſpoliat. nec attẽditur ꝙ ex par
te inimicorum ſit iniuſtum, nam. ll. ſim
pliciter dicũt ab hoſtibus capta fieri ca-
piẽtium. d. l. naturalem, neq; diſtinguũt
ex qua parte, ex vna tantum parte iniu-
ſtum eſſe oportebat. ¶ Nõ obſt. Abb.
in cap. ſicut, de iure iurau. nec tex. in. c.
iuſtũ. quia procedũt in foro poli. ¶ Nõ
obſt. ꝙ princeps quẽ directe ſine cã bo

nis priuare non poſſit, itaq; minus indi-
recte, arg. l. contra. l. ff. de leg. quia pro-
hibitum (quando venit in neceſſariã cõ
ſequentiam) attendi non debet, ita Bar.
in. l. 1. ff. de auct. pe. ſtan. ℂ Princeps
enim poteſt indicere bellum, ſi res poſt
modum capientium fiant illud eſt in ne
ceſſariam conſequentiam, ita reſoluũt.
ℂ Queritur cur de cauſa non curatur.
Dicunt quia principis auctoritas facit
vt videatur iuſtiſſime indictum arg. l. fi.
C. ſi contra ius vel vtil. publ. ℂ Mihi ve
ro non placet per. l. hoſtes. ff. de verb.
ſignif. vbi iuſtum bellum eſt, ꝙ ab exte
ris populo Romano vel Principi indi-
ceretur, in quibus iuſta (ſicut ſupradi-
cta) cauſa præſumi nõ poteſt, qua de re
concludẽdũ putarẽ eſſe iuſtũ, vt q̃a qui
indicunt credant eẽ iuſtam, idq; faciant
pro iuſtitia tuẽda, quod ſatis factũ eẽ di-
cetur ſi palam & cum ſolemnitate bellũ
indixiſſent. ℂ Non obſt. l. poſt liminiũ
ff. de capt. ibi, ꝙ hoſtes iniurioſe tenẽt,
quia ſunt verba noſtrorum, nec diſſimi
libus contra nos ipſi hoſtes interroga-
ti vterentur, rationiſq; rationem crede-
rem illam eſſe, quia non eſt dare maio-
rem. Qui de iuſtitia cogniturus eẽt, in-
ter Principẽ & ſuos hoſtes. ℂ Qua de
re ſi bellum indiceretur ab inferiore, nõ
putarem illud iuſtum eſſe per rationẽ
præfatam niſi cauſa euidenter iuſta pre
poneretur, vt quia Princeps moribus ti
ranicis publice vteretur vel ſuos mini-
ſtros vti pateretur argumento regule q̃
tacet, de regul. iur. vi. nam ipſo iure tũc
Principis poteſtatem (vt puto) perdit.
argumento. c. erit autem lex, prima di-
ſtinc. iiii iuncto textu in aũc. de conſuli
bus, in principio, & auctoritatẽ de qua
ſupra, cũ ĩ incertis nõ certis locus ſit cõ
iecturis, vulg. l. cõtinuus de verb oblig.
SEd notabile ab hoſtibus ca
pta fieri capiẽtium, nõ pro-
12 cedit in territorio alieno,
cõſuluit ita Soccy. argum.
l. præſenti, & l. denũciamus
. C. de his qui ad eccl. confug. Alienũ. n.

territoriũ ſicut Eccl'a prebet ſecuritatẽ
cõtrariũ tenuit Ioh. de Ricchis Florẽt.
p. l. ſi q̃s pro redẽptiõe, in. §. 1. C. de do
nat. ibi magiſtri militũ militi bus donãt
ſpolia, in quibuſcũq; locis degere noſcã
tur, põderat gñalitatẽ verbi quibuſcũq;,
vt cõprehẽdat capta in alieno, Soccy. di
cit illud verbũ ad bona nõ referri, ſed ad
pſonã magiſtrorum militum. Florent.
ꝙ immo ad bona tanquam ad proxima
. l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. omn.
iud. ℂ Nihil eſt, pondero verbum noſ-
cuntur, quod præſupponit nominati-
uum, ſed nominatiuus ibi nullus eſt pre
terquam magiſtri militum. igitur &c.
Preterea ſupra dixerat ſpoliis hoſtium,
non conuenirent verba ſequentia ibi de
gere noſcũtur, ſed poſuiſſet degẽtibus,
vel degentium. ℂ Secundo pro ipſius
parte inducebatur. l. diuus. ff. de ſeruit.
ruſt. præd. vbi quamuis dominus poſſit
prohibere ingredientem fundum, non
tamen impedit quin aues capte ingredi-
entis fiant, Soccynus dicit maiorem eſſe
publicam ſecuritatem, ita firmo. quia
publica ſecuritas omnium de ciuitate
prohibitio eſt, non ſolius particularis,
vt in. d. lege. ℂ Florẽtini firmant argu-
mentum de. d. l. diuus, iuncta. l. noſtra,
vbi capta in bello feris captis æquipa-
rantur, reſponderem in duo tantum fie
ri æquiparationẽ, videlicet, ꝙ iuriſgẽt.
ſimiliter occupãtium fiant, & ꝙ ſtatim,
ipſo quo capiuntur, Non autem in reli-
quis, cum diuerſa ratio laboret. d. §. idẽ
cœlius, nam nõ feris vel auibus, ſed ho-
minibus ſecuritas publica datur, ex qui-
bus diſtinguemus generalitatem. d. l. na
turalem, cum ſimil. vt non procedat in
occupantis in alieno, niſi vbi quis hoſtẽ
inſequeretur tranſeuntẽ in locum alie-
num, argumento eorum quæ dicuntur
in. l. pleriq;. ff. de in ius voc. per Bar. in
. l. ꝙ ait lex. in. §. 1. ff. de adult. ℂ Infe-
13 runt etiã ad quæſtionẽ. Iohannis Andr.
in addit. ſpecul. in titulo de rapt. Man-
tuani bona recuperauerunt occupata p
Veronenſes, quæſitum eſt an fierent re-

cuperantium, vel prioribus dominis reſtitui deberent, hoc vltimnm firmauit, p. l. ab hoſtibus la. ii. C. de capt. vbi ſerui a militibus capti dominis reſtituuntur, dicit ibi tex. receptos enim eos non captos iudicare debemus, & milites noſtros deſeſores eorum decet eſſe, nõ dominos. ¶ Secundo per. l. ſi captiuus. § ii. ff. de capt. vbi expulſis hoſtibus, agri prioribus dominis reſtituuntur. ¶ Tertio per. l. Pomponius. ff. de acquir. rerũ Dominio, de conſuetudine tamen contrarium ſeruatum & iudicatum fuit, ſequitur Angel. in. d. § ab hoſtib. ¶ Quã conſuetudinem limittant, niſi incontinenti recuperarentur, tunc non effecta hoſtium finguntur, arg. l. qui poſſeſſionẽ. ff. de ui & ui arm. itaq; dominis ipſis reſtituuntur. ¶ Diſtinguerem aut bona fuerunt comilitantium, vt arma, veſtes, æqui, tunt fiant recuperantium, niſi incontinenti &c. Tũc enim ſi commilito non aufugiſſet, ei reſtituerentur. ¶ Aut ſubditorum, tunc ſi immobilia prioribus dominis reſtituerentur. etiã ex interuallo recuperata, ex ratione ꝗa princeps tenetur defendere fideles, vt in titulo de pace conſtan. cum vulgar. & ſic non ſolum cauſa debellandi milites habere debet. d. l. ab hoſtibus. & eſt caſus in. d. § ſecũdo, vbi pondera ibi prioribus dominis, ad differentiam poſteriorum. ꝙ ẽ denotare dominium fuiſſe hoſtium, & recuperationem factam ex interuallo. ¶ Nõ obſt. conſuetudo, quia ĩ caſu hoc potius corruptela diceretur, nec per eam iudicandum eẽt contra caſum legis, & ſi diceretur iuriſgentium fieri recuperantium, vt hic nihil eſſe putarem cum fuerit alteratum a iure ciuili. d. § ii. ¶ Si mobilia habebit locum conſuetudo. niſi incontinenti &c. & niſi cõſiſterent in magno valore quia tunc immobilibus equipararentur, arg. eius ꝙ iure dicitur magnam cauſam pecuniariam equiparari cãe criminali Bal. in. l. parentes. C. de teſtibus recuperanti tamẽ aliquid datur pro recuperatione neminus conſequatur quam ſi recuperaſſet bona modici valoris.

14 DVo notat Soccy. ex tex. ĩ verbo. eiuſq; rei veſtigiũ, vnũ quod exprimitur daturq; nobis ĩ ſẽſu directo videlicet in rebus hic enumeratis & hodie ſola poſſeſſione dominium quæri, Quæ enim ſunt nullius occupantium fiunt, Bartolus in. l. remq; nobis. infra eodem. & nullius eſſe dicuntur ſi hominis artificio carerent, videlicet in alieno loco reperirẽtur. ¶ Adde tex. noſtrum ibi littoribus inuente, littus enim in bonis nullius ẽ, inſti. de rerũ diuiſ. de æquitate tamen pro parte fierent inuẽtoris, vt conſtituit Adrianus, recitatus in. § theſaurus. eodem. titulo. ſi ſint magni valoris bene poſſumus de theſauro dare partem, non ſic de re parui. ¶ Quæro quid ſi lapillus manu ornatus inueniretur in littore, dicerem nõ fieri occupantis per iam dicta, ſed aſſignandum eſſe fiſco tanquam vacantia bona, & obſeruabitur ſolemnitas vacantium bonorum de qua in. l. ſi vacantia. C. de bo. vacant. lib. decimo, nihilominus pars dabitur inuentori cuius fortuna fiſco profuerit argumento. l. pretor ait. ff. de eden. ibi equum eſt quod mei cauſa confecit. &c. ¶ Aliud Soccyni, ẽ ꝙ hic nõ exprimitur, ſed ex textu capitur per contrarium ſenſum, videlicet in rebus hic nõ enumeratis, poſſeſſione ſola non quæri dominium, vnde ſequitur verum eſſe quod Paul. de Caſt. dixit, videlicet bona immobilia nõ ſumi in bonis nullius ſed reipublice vel domini, ſub cuius territorio ſita inuenirẽtur, nã ab initio dominia diſtincta fuere. poſitiq; termini. d. l. ex hoc iuregentium. ff. de inſtit. & iur. vnde nequaquam in nullius bonis fuiſſe dicentur. ¶ Sed Aretinus conſuluit contra, fretus ꝙ ſequeretur in donatione Imperatoria de territorio, non venire id ꝙ intra territoriũ reperitur ſine dominio particulari, ꝙ iure non probatur. ¶ Secundo ꝙ tale

dictum eſſet contra vulgarem illã regulam, videlicet quæ nullius in bonis ſunt occupantium fieri. ℭ Tertio res habita pro derelicto non fieret occupantis. ℭ Quarto p Bar. in. l. ſi duo. ff. vti poſſid. concludentem ꝙ per occupationẽ probatur dominium directum in re q̃ per alium quandoq; occupata non appareret, nam non verum eſſet ſi concluſio ſtaret, cum præſumeretur in bonis ciuitatis. ℭ Sed ad primam ſecundam tertiam. Soccynus reſpondet, vt procedat in caſu quo appareret eas res fuiſſe quandoq; occupatas, veniunt. n. ipſe in donatione Imperatoris, non quas pateat occupatas nullo tẽpore fuiſſe. ℭ Ad ſecundum aliter dic. videlicet in lapillis gemmis vt hic, & in immobilibus, vt in. §. inſula. verificari. ℭ Ad tertium dicas vt dixit, ex quo nota ꝙ titulus pro derelicto, locum non vendicat in rebus quæ nunquam fuerint in bonis alicuius ℭ Ad quartum. dicit Bartolum. nõ preſupponere caſum in quo principaliter de dominio ageretur, tunc nec rei nunquam occupatæ dominiũ ex poſſeſſione probaretur vt idẽ in. l. rẽ que nobis, eodẽ titulo, ita cõtrarium ſoluit, ſed vbi dominium incidẽter ventilatur quo caſu vl' occupata vl' nuſquã res ipſa fuerit, dñium p eius poſſeſſionẽ probatũ ẽẽ dicetur, vt Bar. in. l. nam & ſi fur. ff. ſi cert. pet. ℭ Quinto cõtra Paulum Florentini mouentur. per tex. in. l. ſi vacantia. C. de bon. vacant. lib. x. vbi vacantia bona nõ prius incorporantur quã ſi per proclama perquiſitũ ſit an quis ſe ẽẽ dominum prætendat, non igitur vacantia ſtatim principis facta ſunt, vt Paulus præſupponit. ℭ Tu dic in titulo illo per totum de vacantibus propter mortẽ, vel delictum non alio modo tradi. ℭ Nec obſt. verba ibi. vel alio mõ, quia denotant modum delicti cũ ẽt mortis explicaſſet, itaq; vbi alio mõ vacarent, ſolemnitas non obſeruaretur, dictio. n. (alio) copulat ſimilia expreſſis, glo. in. l. ſi fugitiui. in verbo alia. C. de ſeruis fugitiuis. ℭ Sexto mouebatur per Abb. in. c. ſi diligenter, ſecundo notabili, de foro cõpeten. nihil ẽ, nec Abb. id probat. ℭ Septimo per. l. primam. §. ſi inſulam. ff. de flumin. vbi tex. ꝙ inſula nata in flum. publico, ſi agri fuerint limitati fit occupantis, non eorum qui prope Ripã prædia poſſiderent, patet igitur ꝙ nõ eſt in dominio ſeu bonis Domini territorii. ℭ Cui reſpondere ꝙ quia inſula eſt, que etiam nouiter naſcitur, vt inſti. de rerũ diuiſ. non poſſumus dicere pro certo ꝙ occupata fuerit eo tempore quo dominia diſtincta fuerunt, non enim illa tũc in rerũ natura erat, poſſideri igitur non poterat, arg. l. decẽ de verb. oblig. neq; videri, q̃ viſus ſaltem in acquirenda eſt neceſſarius. l. ꝙ meo in. §. ſi iuſſerim eodem. quamuis iure quo loquimur membris tantum corporis poſſeſſio detur, itaq; in inſula nunc nata. d. l. ex hoc iur. non verificaretur. hoc modo cum Paulo & cum Soccyno tranſirem. ℭ Nota per Alex. hic differentiam inter lapillos Gemmas, & Margaritas. inferentem ad quæſtionem, & Florent. ſaluant eum à Peruſinis, in lapillo enim præcioſo læſio non poteſt conſiderari, Bar. in. l. fin. ff. de public. ℭ Dũ Alex. infert. ad quæſtionem de inquiſitione dictante ꝙ Titius violenter cognouit bertam, communiter approbatur. ℭ Aretinus contra. cui Florent. reſpondent, ſequuntur ꝙ illud verbale videlicet violenter, poſſet, & ad tertium referri. puta ſi tertius compuliſſet quem, vt cum berta coiret, exẽplum eſt in. c. veniens de ſponſal. vbi pater inuentum cũ filia deſpõſare coegit.

L O. prima diuiditur, vt per alios. Contra primam eius partem Bar. oppo. ꝙ eius diffinitio non cõuertatur cõtra. l. 1. in. §. dolum. ff. de dolo. nam & ſine pedibus poſſeſſio eſſe poteſt habetur in. l. quod meo. in. §. ſi venditorem in. l. iii. in principio infra eodem. in. l. clauibus. ff. de contrahen. empt. vñ dicit hic nõ poni diffinitionẽ

ſed vocabuli alluſionem, ſeu deriuationem. ¶ Iterum oppono. per glo. in fin, ſic ſequor ordinem Bartoli legendo primam cum vltimam parte, ꝙ ſecundum hoc res mobiles non poſſiderẽtur, quia pedibus non calcantur, ꝙ eſſet contra. l. ſi rem mobilem, & l. rem quæ nobis, eodem. qua de re concludit ꝙ proprie
16 non poſſidentur. ¶ Ex cuius verbis doctores capiunt cõcluſionem ab alluſione ſumi propriam ſignificationem. l. tugurii de verb. ſignific. l. ii. in. §. appellata. ff. ſi cert. pet. melius in l. notionem in. §. inſtrumentorum. in verbo. proprie de verb. ſignif. & in. l. i. ff. ad municipa. & hæc opinio communis eſt. ¶ Iaſon ꝙ immo nec imobilia proprie poſſideantur per text. noſtrum ibi quaſi, que dictio denotat improprietatẽ. l. ii. ff. de vſufr. eaꝝ rerum quæ vſu conſum. cum ſimilibus, tamen ſoluit ꝙ quãdoq; exprimit veritatẽ. l. 2. ff. de tuto. ibi quaſi tuitores, nam vere ſunt tuitores. Concludenter poſt glo. iſti vidẽtur velle immobilia proprie poſſideri, mobilia vero improprie. ¶ Bartolus & magis cõmuniter tenent ꝙ etiã mobilia proprie poſſideantur, cui ſatis contrarius ẽ tex. in. l. vxorem. §. legauerat. de leg. iii. vbi quis dixit relinquo quicquid in patria mea gadibus poſſideo. tamen inſtrumẽtum calendarum non venitꝰ, neq; pecunia domi gadibus relicta. ¶ Reſpondetur per glo. ibidem & Florent. hic illud ex ratione, quia nec inſtrumẽtum neq; pecunia perpetuo ibi remanſura erant, ad ꝙ pondera verbum. reliqui, quaſi dicat relinquenda nõ erant. ¶ Quicquid ſit ſatis obſtat, cum indiſtinctæ loquatur, & clare ſe oſtendat ꝙ in præfatis verbis. ibi. quæ poſſideo, non contineatur. dicunt ꝙ quia ſi proprie poſſiderentur, titulus vtrobi eſſet ſuperfluus, cum ſuffeciſſet vti poſſidetis. nam ſub illo verbo poſſidetis, res mobiles comprehenderentur, & nihilominus diuerſi tituli in. ff. & C. poſiti inueniuntur.

EX dictis tamen Bart. infertur ad quæſtionẽ eius. qui reliquit ſuas poſſeſſiones, vel rerũ ſuarum, an & mobilium poſſeſſio relicta dicatur, affirmatiua videtur verior ꝑ Bartholum & communiter, vt ſupra. ¶ Petrus Cy. Bal. in. l. fin. C. de cõpenſation. & Alex. hic dicunt venire magis ꝑ communem loquendi vſum. ¶ Nihilominus & per ſuperiora. Cum iſtis tenerẽ, ſi reliquiſſet dicendo poſſeſſionem reꝝ ſuarum. ſed dicendo poſſeſſiones ſuas, venire putarem proprietatem ruraliũ immobilium ſecũdum communem loquẽdi vſum. ¶ Nam dum vulgariter dicitur poſſeſſio ſua, alꝭ la poſſeſſion ſua, ſignificat prædium ruſticum, ſiue rurale, in hoc puto fundatum textum in. l. ii. ff. de fideiuſſ. minor, & in. l. prima. C. de omni agro. deſert. lib. x. iuncta rubrica ſua. ¶ Redeundo ad primum dictũ. quando dixit poſſeſſionem rerum ſuarũ, clare demonſtrauit ſe excludere proprietatem, arg. l. cũm prætor. ff. de iudic. neq; communis loquendi vſus facit hoc importare proprietatem. benefacit importare mobiliũ poſſeſſionẽ. ¶ Sed tunc vt relictum tale non ſit abſq; vtilitate, contra propoſitum relinquentis, & arg. §. ſed ſi rem. inſti. de leg. & vt fugiamus fruſtratoriam diſpoſitionẽ, dicendum eſſe putarẽ ex verbis illis vſumfructum rerum cenſeri legatum iuxta titulum. ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſumun. ¶ Aut dixerit relinquo ea quæ poſſideo. tunc relicta proprietas etiam mobilium (vt puto) cenſetur, argu. dictorum Bar. dum tamen ciuiliter ſaltim poſſideãtur. ¶ Dubium facit an etiam iurium. videtur ꝙ nõ, quia incorporalia non poſſidentur. l. ꝙ ſeruus. §. ſeruitutes. infra eodem. & hoc firmarẽ i odioſis & ſtrictis iuris, argu. l. quicquid aſtringendæ. de verb. oblig. non in fauorabilibus. Argumẽto regulæ odia in vi. ¶ Aut dixit ea q̃ poſſideo i tali loco puta Romæ, tunc & mobilia venirent, ſi

tamen ibi perpetuo remanſura erant, ꝙ ex rerũ ipſarum natura ſumitur, vel deſtinatione.d.§.legauerat.

17 REdeũdo in hoc principio glo.tractatur an validum ſit argumẽtum ab ethimologia, per Bar. & doct. hic i.l.ii.§.appellata.ff.ſi cert. pet.in.l.omnes populi. In tertia quæſtione ſexte q̃ſtionis principalis. ff. de iuſt.& iur.dicitur ꝙ ſic.niſi diffinitio repugnet.nam non eſt teſtamentum quelibet teſtatio mentis, quia diffinitio repugnat, vt in principio.inſti.de teſtam. ¶ Sic in furto, non enim ſequitur nõ eſſe furtum, quia de nocte factum non fuiſſet.de quo in.l.1.ff.de fur. iuncto textu inſti.de oblig.quæ ex delict.naſc.Ratio illa eſt quia diffinitio debet naturam diffiniti enucleare.d.l.1.ff.de dolo, qua de re ſtatur ætimologiæ. & diffinitionem intelligas iureconſultorum uon eã que magiſtraliter poneretur, vt hic Iaſon. ¶ Inde ſequitur ꝙ ſi plus neq; minus eſſet in ethimologia quam in vocabulo ipſo, vt patet in donatione.que eſt doni datio.ſic in exceptione. tunc ex ea negatiue affirmatiueq; recte argueretur. vbi diffinitio non repugnaret dicũt moderni in.c.priuilegia.iii.diſtinc. ſic procedit inſtit.de interdictis vbi iter duos redditum, ẽ interdictum.&.l.1.ff.de fide inſtrumentum. ¶ Sed obſt. ꝙ diximus de tutore, non enim omnis qui tuetur ẽ tutor. ¶ Item contra de poſſeſſione non enim ipſius ethimologia plus minuſue continet. Reſpon. ꝙ in duobus iſtis iuriſconſ.nõ ſimpliciter dedit nobis ethimologiam, ſed adiunxit dictionem quaſi, vel dic ꝙ ethimologiæ tutoris diffinitio repugnat, de qua in.§.1. inſtit.de tutor. ¶ Et in poſſeſſione dic iuriſcõſ. non remanſiſſe in alluſione. Sed vlterius proceſſiſſe dicendo de gemmis, lapillis,&c. Quæ repugnant, ſic ab ethimologia non bene argueretur, intelligas affirmatiue non. n.eſt teſtamentum quia ſit teſtatio mentis, poſſent enim eſſe codicilli, legatum, vel quid ſimile. ¶ Sed negatiuæ procederet infallibiliter vt arguit iuriſconſ.in d.§.appellata, non ſit de meo tuum, per hoc non eſt mutuũ, habetur in cap.forus ĩ verbo, Iudex. de verb.ſignif. ¶ Quod intelligas per eos vbi ſumeretur ex eſſentiali natura ſui,& in.d.§.in exemplis, non quando ex accidẽti ethimologia veniret vel ex eo ꝙ rationabiliter eſſe deberet. ¶ Non.n. ſequitur ꝙ qui nõ auget Imperium, nõ ſit auguſtus, non facit pontem, ideo nõ ſit Pontifex. ¶ Sic reſpõdetur ad.l.noſtram. ꝙ animo poſſeſſio eſt,& ſi nõ ſit pedum poſitio, quia ꝙ pedum poſitio ſit, venit ex accidenti, vnde nec negatiue argumentum procedit. ¶ Sic in furto, eſt enim accidentaliter vt de nocte fiat. & nota verba, plerumq; in. d.l.1.ff.de fur. ¶ Et ſic eſt in.l.taberne ff.de verb. ſignific. accidentaliter enim euenit, vt taberna tabulis claudatur.

18 SEcundã gloſe partem aggrediamur, in qua poſſeſſio deffinitur primo ꝑ Iohannem gloſſatorem antiquum, ꝙ eſt ius quoddam rem detinendi. ¶ Vbi Bartolus contra quia facti non iuris eſt, Alex. ꝙ immo iuris, vt in.l.peregre, ibi ius poſſeſſionis infra eod. ¶ Sed eũdo per veſtigia Socyn.conſidero rei apprehenſionem, vel retentionem, aut propriam poſſeſſionẽ primum eſſe nudi facti, cadereq; in furioſo, infante vel mente capto. ¶ Non tamen ex tali facto inciperent poſſidere, cum nõ habeant affectionem, vt in.l.noſtra.§.furioſum.& in.l.pupillus. Vnde in apprehenſione requiritur & aliud factum videlicet animus. l. conſilio. C.de curato.furio.l.bonæfidei ſupra titulo primo,& hic ponẽda ſunt quæ hic Socyn.in primo membro. ¶ Ex quibus factis ius oritur, ꝙ ius poſſeſſio de nominatur, vt infra dicemus argu.l.ſi ex Plagis.§.incliuo.ff.ad.l.aquil. ¶ Secũdam itaq; retentionem eſſe facti, vel ſi conſideras actualẽ, vel cũ animo retentionẽ.

¶ Quæ ſi ſolo animo fiat cõſeruat poſſeſſionem, itaq; ius quæſitum, vt in.l.peregre & in.l.clam poſſidere.§.qui ad nũdinas, eodem. ſi etiã actualiter itaq; corpore nouum ius producere apta eſt videlicet poſſeſſionẽ. ¶ Vnde ſi cum pœnes me depoſitam rem animo poſſidendi retineam taliter vt non ſim amplius reſtituturus, tamen poſſeſſio quæſita ẽ.l.ſi rem mobilem infra eodem. ¶ Nec obſt. ꝙ conſtituatur in mala fide, nõ.n. poſſeſſio de mala fide curat, eſt text.in.l.iii.in.§.ex contrario. ¶ Tertium ideſt poſſeſſionem dicas eſſe ius Bart. hic Alex.in quarta col.Soccyn. in quinta, eam conſiderando prout eſt quidditas ſeparata ab actu apprehenſionis, & retẽtionis, nõ tñ ſine facto ſcilicet aĩo ſtare, poteſt.d.§.furioſus. ¶ Pone caſum ꝙ poſſidenti ſuperuenerit furor. ¶ Per hoc vltimum firmarem cum Aretino ꝙ poſſeſſio ſit quid iuris & facti. ¶ Et moueor ex.l.nemo.C.eodẽ. ibi nemo ambigit poſſeſſionem duplicem eſſe rõnẽ, alia quæ in iure conſiſtit alia quæ corpore. Et moueor ex. l. poſſeſſio.§.1: (quã ipſe dixit) ibi poſſeſſio nõ tñ corporis ſed etiam iuris eſt. ¶ Nec Soccy. obſt.dicens nõ tantum eſſe facti videlicet apprehenſione ſed etiam iuris poſtquam acquiſita eſt ideo vt nõ cadat in ſeruum, quia dico etiam poſt acquiſitionem eſſe facti cum nõ minus factum ſcilicet animus, quam ius in ipſa verſetur. ¶ Itẽ tex. ille ſimpliciter loquitur, comprehenditq; omne tempus. Item ibi videtur expreſſum, dum tex. dicit tenere ac poſſidere, ſic comprehẽdit tempus, & poſt corporalem apprehenſioẽ. ¶ Nec Florent.ſaluabũt, per glo.in verbo manumitti.l.ii.de officio proconſul. quia procederet ſi expreſſe alibi caueretur poſſeſſionem tantummodo iuris eſſe, ſed non cauetur igitur eadem res diuerſo iure cenſeri non debet. Argu.l. iam hoc iure.ff.de vulgar.& pupill. ¶ Pro hac opinione pondero.d.l.peregre, ibi ius poſſeſſionis, que verba ſic ponũtur, ad differẽtiam facti poſſeſſionis, quod videlicet vertitur in poſſeſſiõe, itaq; animi. ¶ Vt etiam põdero. d.l. nemo. ibi ius poſſeſſionis iũcto principio. vbi patet in poſſeſſione ius & factũ pariter verſari. ¶ Sic itelligo.l.nõ ideo. minus.C. de lib.cauſa.Ad.d.l.poſſeſſio, pondero ibi mutuetur, ergo & de facto ẽt. ¶ Nõ obſt.verbum ibi plurimum, quia procedit in eo caſu, vt habeat plurimum. Vide glo.ibi & in.§.pupillus in.l.noſtra'ĩ verbo.eam rem. ¶ Nõ obſt.ꝙ ideo dicatur ius quia de facto habuit ortum.§.in cliuo, quia diceremus nõ ſolum ortum ex facto habuiſſe, ſed ẽt nullo tempore ſine facto ſtare poſſe vt ſupra poſuim⁹, merito & facti eſſe dicemus tanquam ad eius eſſẽtiã factum ſicut ius requiratur, ſic ceſſat arg.Alex.& Iaſonis. ¶ Item & aliter his dicas ꝙ nõ ſequitur id ꝙ ex facto habuit ortum, ideo eſt iuris nõ facti, vt proſupponebãt, nam ſi factum vt ius in eſſentia eius neceſſarium eſt, nõ viderem cur minus facti quam iuris debeat denotari. ¶ Eo fortius quia ius illud ex facto habuit ortum; arg.§.affinitatis in ſti.de nupt. ¶ Nam obligatio (quæ ẽ ius) ex cõtractu ſic ex facto naſcitur.l. cõſilio.C.de cur.furio.nõ tamẽ in ipſa verſatur factum vt ĩ poſſeſſione. ¶ Nõ obſtat cõcluſioni.l.ſi ea in fin.ff. de actio.emp.ibi tuẽdus eſt qui prius ius apprehẽdit, ideſt cui prius poſſeſſio tradita eſſet, quia dico, ex eo ꝙ ibi dr̃ ius apprehẽdiſſe cui tradita eſt &c. Nõ ſequi poſſeſſionem nõ eſſe facti, nam quamuis factum illud traditionis euanuerit. (qa trãſitorium eſt) nihilominus aliud factum permanẽs ſcilicet animus durat: ¶ Præterea & aliter dicam, ꝙ verbum poſſeſſio in.d.l.ſi ea. per actuali tãtum capiatur poſſeſſione, nõ ea de qua loquimur videlicet quidditatiua, patet dũ ibi refertur ad verbum tradita. Item nõ cõueniebat dicere apprehẽdit factum, nã in ſe ipſo apprehẽdens erat factum, ideſt animus. ¶ Non obſt. l. liber homo in.§.fi.ibi.excepto eo ꝙ ius ẽ, ſupra titulo

primo,quia dico illud referri,ad vſuca-
pionem,quæ eſt ius,vt inſti.de vſucap.
¶ Et ſi referres ad poſſeſſionem faceret
pro nobis,quaſi dixerit ibi ꝙ illud ius p
manens in poſſeſſione, liber homo bo-
na fide non acquirit,vnde dicendo vt ſu
pra,indicat nobis aperte facere illam ex
ceptionem ad differentiam facti perma-
nentis in poſſeſſione. ¶ Non obſt.l.ſti
pulatio iſta in.§.ſi qs forte ibi,ſi de poſ
ſeſſione vel alio iure de verb.oblig.que
verba alio iure implicant,vt in.l.ſi fugi
tiui.C.de ſeruis fugitiuis. (Itaq; oſten-
duut nobis poſſeſſionem eſſe ius) quia
dico per hoc nõ ſequi quin etiam ſit fa-
cti. ¶ Nõ obſtat Innocentius in.c.Epi
ſcopi,de reb.eccle.non alien.dicens ſu-
per poſſeſſione cenſeri cauſam commiſ
ſam,vbi ſub illa forma committeretur,
videlicet ſuper iure ꝙ habet eccleſia,'qa
dico non eſſe mirum cum poſſeſſio ſit
iuris & facti per participationem igitur
iuris cauſa cenſebitur commiſſa , nõ.n.
hoc repugnat,quin etiam facti ſit. ¶ Ex
quibus meis dictis habebitis reſponſio-
nes ad argumẽta omnia contrariæ par-
tis & reprobatas diffinitiones Iohannis
& Bartoli dum ſimpliciter diffiniebant
poſſeſſionem eſſe ius. ¶ Itẽ dum dicunt
ius inſiſtẽdi rei,aperiunt ꝙ illud inſiſte-
re cauſatur a iure, & tamen contrarium
eſt,vt in.l.noſtra.vbi ius ab eo qui inſi-
ſtit cauſatur. ¶ Itẽ inſiſtere actu corpo
ris ſolum verificatur,& tamẽ ẽ dare poſ-
ſeſſionem abſq; corpore vbi animo reti
netur.ex his duobus nõ ſolũ illam Bar-
toli ſed Ang.& Imole.tollo diffinitio-
nes. ¶ Adherẽdo diffinitioni gloſ.poſt
Azon. ¶ Forſitan diceř poſſes ꝙ poſſeſ
ſio ẽ corporalis rei retẽtio, iuris & facti
adminiculo concurrente. ¶ Dictum eſt
corporalis per ea que glo. hic allegat.
Addo.l.ſeruus.§.incorporales ſupra ti
tulo primo. ¶ Dixi rei vt mobilia cape
rem & immobilia vt in Rubr.ff. ſi cert.
pet. omnes tradunt. ¶ Dixi retentio,vt
acquiſitam diffinirem poſſeſſionem per
ea quæ Bartolus hic poſt Dinum,& qa
verbum retentio magis generale ẽ, quã
detentio retentio enim verificatur & ani
mo tantum ſi poſſideatur vt quãdo cor
pore,vt in.§.qui ad nundinas vbi nõ ſi-
ne miniſterio ponitur hoc verbum.ſed
detentio tantummodo quando corpo-
re ſimul cum animo &c. Vt in.l.noſtra
¶ Dixi iuris & facti quia concurrunt vt
p ſuperiora. ¶ Nõ dixi corporis & ani-
mi ſicut glo.locuta eſt, nam vtrumq; ẽ
facti ſufficit igitur dicere facti. ¶ Sed cõ-
tra iſtam diffinitionem dupliciter , pri-
mo quia verificaretur in ſola detentatio
ne,neq; ſoluatur per id ꝙ Alex.hic dicẽs
nõ inconuenire ſi poſſeſſio taliter diffi-
niretur ꝙ comprehenderet etiam nudã
detentationem cum reſpondeat Soccy.
Mẽtem Bartoli fuiſſe diffinire ipſam vt
differt a detentatione,vt ſumitur ex ſuis
verbis vbi poſuit ius,prout differt a de-
tẽtatione. ¶ Addo tex.in.l.iii.§.fin.eo-
dem.quo in loco patet ꝙ longe differt
ab ipſa. ¶ Secundo diffinitio dicta & in
vſufructu verificaretur, qui nõ eſt aptus
producere vſucapionem vt poſſeſſio ip
ſa multũq; differt a poſſeſſione vt in vul
garibus ẽ videre. ¶ Neq; perceptio fru-
ctuum prouenit a poſſeſſione,ſed iure ip
ſo ſeparato percipiendi fructus, vel a do
minio. ¶ Item vſufructuarius tantum-
modo naturaliter poſſidet . l . naturaľr
infra eodem,itaq; actu.nos vero diffini-
mus quidditatiuam . ¶ Vnde finaliter
primo deffiniam largo modo poſſeſſio
nem vt ſit ius,vna cum rei vera vel ficta
retentione acquiſitum per veram vel fi-
ctam apprehenſionem. ¶ Proprie vero
ſi diffinire vis,dicas ꝙ eſt ius cum reten-
tione acquiſitum per apprehenſionem.
¶ Ad primã redeamus dixi ius,per tex.
19 d.l.poſſeſſio cũ ſimil. vt ſupra diximus:
& mihi videtur apertus tex. in.l.cum he
redes infra eodem.dum excipit. ibi.poſ
ſeſſio autem,que dictio excipit,exceptio
de regula ẽ,declaratur per deci.in rubr.
de reg.iur.ſed regula in.d.l.loquitur de
iuribus,ergo & poſſeſſio ius eſt. ¶ Di-
xi vna cum ad denotandum ſimultatem

equalitatēq; iuris & facti.d.l.&.l.nemo. ¶ Poſui vel ficta, fingitur quādoq; quē retinere qui vere non retinet, puta quia nō habet animum patet in.l.iuſto.§.eū qui, īfra titulo primo, nihilominus poſſeſſio eſt, cum operetur effectum preſcriptionis. Arg.l.deniq;.ff.quibus ex cauſis maiores &.l.prime.§.ſceuola.ff.ſi quis teſto lib.eſſe iuſſus fuer. & in regula ſine poſſeſſione. ¶ Item ſpoſui tale verbum propter incorporalia, quæ veræ nō poſſidentur.d.l.ſeruus §.1. ſupra titulo primo, ſed quaſi poſſidētur patet, quia pro ipſis dātur interdicta quaſi poſſeſſoria, vt eſt tex. ſingul. in fin. in.l.ſi ædes de ſeruitu.Vrban.præd.& ī.l.quotiens de ſeruit.titulo generali. ¶ Dixi retentione, quia ipſa facti ē, ſiue corpore, ſiue cum ſolo animo eam conſiderares. l.bonæfidei ſupra titulo primo, & dixi ad differētiam detētationis quæ non verificatur quando ſolo animo poſſidentur.d.§.qui ad nundinas iūcta.l.noſtra ſicut retentio ē. ¶ Dixi per apprehēſionem veram vel fictam, de vera patet in.l. noſtra in principio, de ficta in l.ſi inſſerim, & in.l.clauibus de contrahen emp. ¶ Item poſui hæc verba, vt excluderē vſumfruct.nō enim ille quæritur per apprehenſionem, ſed pactionibus & ſtipulationibus, vt inſt.de vſufruct. ¶ Et excluderem detentationem, vltra tradita per Alex.& Soccyn.hic, nam non quæritur detētatio per veram vel fictam apprehenſionem, ſed tātum modo pactionibus vel per Iudicis decretum.d.l cum legat.ff.ex quibus cau. ī poſſ.eatur hoc eſt Aret. ¶ Si opponeres de ſeruo qui rē aliquam apprehendendo dicitur detinere cum poſſeſſio (quæ eſt ius) non cadat in ipſo.l.quod attinet.ff.de leg.iur. reſponderem illam eſſe aſininam detentationem quam clarum erat in hac diffinitione non comprehendi cum non ſit ius, ſicut illa de qua in.d.l.cū ex legati. ¶ Si diceres immo eam eſſe iurilgēt.primeui, neq; ſufficeret.cum diffinire velimus poſſeſſionem quidditatiuam omni iure.inſpecto, ita me reſoluerem in larga diffinitione poſſeſſionis. ¶ Si ſcire velles quomodo ſtricte ac proprie diffiniretur, tollas ex ſupra poſita quodq; verbum in portās fictionem, & improprietatem, cōſiderabis tantummodo veritatem apprehenſionis ſic in principio l.noſtræ fuit cōſideratum. vnde cum dixerim apprehenſionem poteris ſumere, verba cum retentione verificari tantum in re corporali, cū īcorporalia minime apprehendantur ſicut neq; aer.

20 GLosā ſecūdā diuiſit Iaſō.ī ei⁹ pncipio diſputatur an poſſeſſio ſit de iuř gētiū primeuo, vel potius de ſecundario, dř de primeuo, ſi eā in abſtractu caperemus, vt patet ibi, cōis omniū poſſeſſio, in.c. ius naturale prima diſtinc.ꝙ de primeuo patet quia originē habuit cū iure naturali, quāuis differāt qa id iuſgētiū ſolis hoībus, hoc & brutis commune eſt. ¶ Sed vř immo eam de iure naturali vt in.d.cap.dic ibi poni ius naturale pro iuregent. ſicut & in.§.ſingulorum inſti.de rerum diuiſ. ex cauſa quia prouenit a ratione hominis naturali vt in.§.ꝙ vero inſti,de iur. nat.gēt.& ciuil. ¶ Aut loquimur de poſſeſſione diſtincta illius videlicet vel iſtius, Martini Petri &c. Tunc ſecundarii iuriſgentium eſt, quo dominia diſtincta fuerunt.d.l.ex hoc iur.gent. ¶ Conſidera tamen vnicam tātummodo dari poſſeſſionē, nec illud quia Martini facit qn eadem ſit, quia etiam vnum tantummodo vid.tur iuſgent.eſſe, vt Archidiaco. in.d.c.omnes, prima diſtinct.quē Aret. Soccyn.& Florent.ſequuntur hic, maxime per.l.manumiſſiōes &.l.ex hoc iur. gent de iuſt.& iur.dum ſe referunt omnes ad.l.1.in fin.ideo poſſeſſio, vt iuriſ gent.eſſe dicatur. ¶ Et quia tale ius humanis poſtmodum neceſſitatibus alteratum fuit, ideo & vt ſerui poſſeſſionis capaces nō eſſent effectum eſt, cum illo eodē iure ſtatus eorū fuerit anihilatus

(poſſeſſionis iniquam producentis ciuiles effectus) ſed eo ipſo dominis ſuis acquirant quo percipiunt eius commoditates, in iſto enim crederem verificari communem opin. ſe habentem duplex iuſgentium eſſe.

21 IN eadē glo. ibi. item nota. diſcutitur quomodo naturalis poſſeſſio perdatur, prima opinio eſt quorundam dicētium eatenus naturalem poſſeſſionem retineri, quatenus inſiſtatur, quod adeo ſtricte intelligebant, vt etiam eius fundi partes naturaliter poſſideri non dicerentur, in quibus non inſiſteretur, ſed ciuiliter tantū, patet in verbis gloſe. ibi. in partibus. ¶ Nunquam mihi hæc opinio placuit, per tex. in. l. iii. in principio infra eodē. ibi. ſed ſufficit quālibet partem eius fundi introire, ſi enim illud eſt in acquiſitione, tanto fortius dicam in retentione per glo. in fin. in opp. Ioannis. ¶ Alex. aliter hic reſpondebat, ꝙ ideo & cæteras fundi partes dicimur poſſidere, quia oculus eſt inſtrumentum corporale aptum ad retinēdam poſſeſſionem, ſic velle videtur ita demū cœteras partes poſſideri ſi oculis ſubiacerent, quod maxime reſtringeret præfatam. l. iii. vbi ſola cogitatio ſufficere videtur. ¶ Vnde cōcluderem conſiderādo duos caſus. Aut quis fundi partem naturaliter corpore poſſideret, tunc & totum poſſidere dicatur, dummodo habeat poſſidendi affectionem, nec de oculo curatur, ſic loquitur præfata. l. iii. non obſt. iura allegata per Alexandrum, quia loquuntur vbi nullo modo eſt ingreſſus ille qui dicitur poſſidere. d § ſi iuſſerim cū ſimil. ¶ Aut nō inſiſteret in aliqua parte eius, tunc ſi nunquam ſit corporaliter adeptus non diceretur poſſidere. l. quemadmodum cum ſimil. eodem. niſi intermi nis. d. § ſi iuſſerim. ¶ Si adeptus tñ exiuerit a tota quamuis animum poſſidendi habeat non tamen diceretur poſſidere, niſi oculus adiuuaret, ꝙ intelligas vt eſt diſtinctio Ioānis quam Paulo poſt aggrediemur. ¶ Secūda oppoſitio Placent. & Azo. eſt, ꝙ nunquam naturalis poſſeſſio perdatur quocunqꝫ vadat ille qui poſſideret, gl. & Bartolus hic reprehendunt, quia ſic nunquā daretur caſus quo naturaliter vnus poſſideret atqꝫ alter ciuiliter. nec daretur ciuilis ſine naturali, contra. l. primam. § deiicitur de ui & ui armat. l. ii. § primo. ff. pro herede. cum ſimil. ſaluarentur vbi vna poſſeſſio eſſet. Nihilominus quia duplex inuenitur videlicet ciuilis & naturalis, reprehendi merentur, ſic Alex. ¶ Tertia Alani. ꝙ eo ipſo quo de fundo exiretur naturalis poſſeſſio perdatur, ciuilem q exit acquirat, ſi rediret introeundo fundum, ciuilem amittat, naturalem autem acquirat. ¶ In omnibus reprobatur, non enim quis exiēs de fundo perdit naturalem cum animus requiratur. l. iii. §. in amittenda, ſic Alex. ¶ Sed mihi non placet per ea quæ Bar. hic, nam nō perdi ſine animo, procedit. vbi & animo retineri valeret, ꝙ non eſt in naturali, ſi enim animo retineretur non variaret a ciuili. & natural'r poſſidere diceretur, g eam nec in conſpectu haberet, quod eſſet contra Iohānem Bartholum & omnes. ¶ Bartholus aliter reſpondet ꝙ exitus non eſt cauſa perdende poſſeſsionis d. § in amittenda, tu aduertas ibi dici de ciuili tantum, vel ſaltim ſociata cum ciuili, prout ſimultanee conſideraretur, vt quando diffinitur, ſed vbi ſolam naturalem conſiderares eo caſu crederem exitum cauſare amiſsionem sicut introitus parit acquiſitionem, vt contrariorū eſſet eadem diſciplina, vt in Rub. per doctō. dictum eſt, finaliter dic Bar. dum dixit exitum intellexiſſe ſolū & ab animo denudatum, ſic ſequutus eſt Alex. ꝙ vero requiratur vtrumqꝫ patet in. l. quemadmodum, eodem. vbi pro ratione dari crederem præfatam regulam contrariorum, ſic bene reprehenditur Alanus conſiderans ſolum exitum cauſare naturalis poſſeſſionis amiſſionem loquendo

tamen in integrali poſſeſſioñ prout dif-
finitur. ¶ Dum vero dixit ꝙ redeundo
perdit ciuilem peius loquutus eſt, per ꝑ
dicta, &.i. diceñda, ciuilis enim animo re-
tinetur. l. clam. §. qui ad nundinas, quo
modo ergo dicemus per ingreſſum ani
mum tolli? qui immo augeri potius di-
ci deberet, arg. l. ſi quis in fundi vocab.
de leg. iii. &. l. quod labeo. §. idem tu-
22 bero de ſuppellect. legat. & in aliis rep-
hendas per Alex. ¶ Quarta opin ẽ Io-
hannis diſtinguentis vt in glo. & cõmu-
niter approbatur, ex cuius dictis plures
capiuntur concluſiones. ¶ Prima quã-
do per me ciuilem & naturalem poſſeſ-
ſionem haberem, vel per alium, puta ꝑ
ſeruum in rebus peculiaribus non in iis
de quibus in. l. iii. In. §. ſaltus in eadem,
tunc ſi detentans exiret etiam per deci-
mum lapidem naturaliter poſſidere di-
ceretur dum tamẽ animum habeat poſ-
ſidendi & rem ipſam in cõſpectu ſit. Ra
tio datur in glo. quia & eodẽ modo poſ
ſeſſio queritur l. ꝙ meo. §. ſi venditorẽ
infra eodem. Et communiter proba-
tur. ¶ Si non ſit in conſpectu ſtatim ta-
men eam ingredi poſſit. Naturalis poſ
ſeſſio retinetur, arg. l. clauibus. ff. de con
trah. empt. ibi poſſeſſio tradita videtur
ſi claues apud horrea tradite ſint. ¶ Si
vero non ſtatim, naturalis amiſſa eſt
Sed retinetur ciuilis donec aliquis eam
ingreſſus nos non admittat reuertẽtes.
Aut ſi animo noſtro poſſidere deſina-
mus, eo quia ſuſpicemur nos repelli ab
eo qui poſſeſſionem ingreſſus ſit. Ita po
nitur in. d. l. ſi id ꝙ in. §. fin. infra eodẽ.

Circa hæc gloſa quærit, ſi il
le qui per exitum vel abſen
tiam naturalẽ amiſiſſet vt
ſupra, nũc reuerteretur ta-
liter ꝙ prope ſit ſiue de ꝓ-
ximo. An (eo ipſo quo prope eſt) eam
recuperare dicatur concludit affirma-
tiuam dummodo res in conſpectu ſit.
¶ Sed Iacobus de Arena aliter, videli-
cet tũc per exitum non fuiſſe amiſſam.
Arg. l. penul. C. de curat. furioſ. ¶ Con
tra quem Bartholus quia nunquam al-
ter intrans caperet poſſeſſionem, ſi qui
exiuerit retineret. Cum pœnes duos in-
ſolidum eadem eſſe nõ poſſit. l. ſi vt cer.
§. ſi duobus vehiculum ff. commod. &
tamen clarum eſt ꝙ intrans quãuis vio-
lenter eam acquirit. ¶ Quod intelligũt
in caſibus prædictis ꝓſupponendo quẽ
naturaliter & ciuiliter poſſidere. Sed ſi
naturaliter tantum, vt eſt vſufructuari-
us. d. l. naturaliter, tũc & ſolo animo ab
ſens eaam retineret cum iſtis gloſe di-
ctis doctores communiter tranſiuerũt.
¶ Concluſionem hanc videlicet recu-
perari poſſeſſionem eo ipſo quo in con
ſpectu eſt. Amplia & ſi non ſit in cõſpe
ctu ſi tamen de proximo eſſet recupera-
bilis vt in glo. noſtra. ¶ Quæ vera eſt
cum de facili res ad ſui naturam reuer-
tatur. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de
pactis. Naturalis enim ſemel cum ciui-
li fuit vnita, non mirum ſi ex aſpectu, vł
ſola vicinitate Reunitio fiat. vt hic Soc-
cynus poſt Cumanum. ¶ Secus igitur
eſſet vbi nouiter de acquirenda poſſeſ-
ſione vacante daretur caſus, tunc enim
& corpore opus eſſet, vt in. l. iii. in prin-
cipio. melius in. l. quemadmodum infra
eodem, quod vltimum nõ intelligas vbi
cum aſpectu concurreret voluntas tra-
dentis, vt in. §. ſi iuſſerim. in. l. noſtra.
¶ Præterea concluſionem intelligas &
ampliationem vbi poſſeſſio vacaret eo
tẽpore quo qui amiſerit, reuerteretur.
Alias neq; per aſdectum, neq; per vicini
tatem recuperari poſſet. Etiam ſi alter
qui poſſideret abeſſet. vt Soccyn. hic ex
ratione quia cum primus poſſeſſor (qui
per abſentiam amiſerat naturalem) poſ
ſideat ciuili modo, ſequitur ꝙ ſecundus
poſſideat naturaliter quo ad primum.
¶ Que naturalis per abſentiã non amit
titur, vt in ſequenti concluſione gloſe.
Qua de re quãuis abſit iſte ſecũdus, nõ
tamen (ſi primus reuertatur) per aſpe-
ctum vel vicinitatem naturalem. acqui-
rit, ſiue recuperat. (ſtante illo impedi-
mento videlicet. duos inſolidum eodem

tempore poſſidere nequaquam poſſe). ¶ Et aduertēdum puto, ꝙ quamuis de naturali tantum proferant quam habet vſufructuarius, nihilominus ex ratione gloſe ibi. quia animus nō impeditur &c. Etiā de cuiuslibet alterius naturalis intelligetur. ¶ Quo vero ad aliam cōcluſionem illam videlicet. naturalem retineri ſi de proximo regredi poſſit non parum dubitarem, nam ꝙ (ſi non eſt in conſpectu) retineat naturalem pœnitus eſt contra naturam naturalis, cuius eſſentia eſt vt corporeus actus neceſſarius ſit, arg. l. noſtre, ſed vbi eſſet in aſpectu ſat in oculo corporeus actus verificatur. ¶ Nec obſtat. d. l. ꝙ meo. in. §. ſi iuſſerim. Et. d. l. clauibus. quia in terminis earundē res erant in conſpectu. Præterea quamuis iura fingant in caſibus illorum iurium contra naturam naturalis, & ſpeciali ratione non ideo ad caſus noſtros ampliabuntur arg. l. ꝙ contra ff. de legibus. Argum. l. precipimus, in fine. C. de appellat. non enim in his caſibus dici conuenit vt res ad ſui naturam reuertatur, vt per Soccyn. ¶ Immo retorquerem quia res incideret contra naturam naturalis vt dixi. ¶ Neq; dici poteſt ꝙ ſicut naturalis trahit ad ſe ciuilē. d. § qui ad nundinas, cum ibi not. ita ē conuerſo vt Soccyn. loquutus eſt, quia reſpondeo diuerſam eſſe rationem cum ciuilis non poſſit ad ſe trahere naturalē contra naturam naturalis. Quæ eſt ne corporeus actus deſit, vt in. l. noſtra.

¶ SECVNDA principalis concluſio
23 ſio gloſe ſumitur, ꝙ vbi per alium puta filium ſeruum, tutorem vel procuratorem haberet quis naturalem. Et per ſe ciuilem, licet detētor exeat poſſeſſionē (animo tamen eam retinendi) nec vicinus neq; in aſpectu ſit, nihilominus naturalis poſſeſſio per dominum retinetur. ¶ Idem gloſa vult in naturali poſſeſſore, vt ē vſufructuarius retinet enim quouis eat. l. 1. § interdictum. ff. de ui & ui arm. iuncta. l. iii. in. § vnde ui. ¶ Querit huius vltimi dicti rationem reſpondet eadem animum eius qui naturaliter & ciuiliter poſſidet ſatis defatigari (ſi abſit) in retentione ciuilis, ſatiſq; in ea operatur nec vlterius operari valet in retentione naturalis, cum duobus inſeruire nimium ſit. Quod ceſſat in vſufructuario, cuius animi onus ſ ſola naturali cōſiſtit, nec in eiuſdem. retentione (quamuis abſit) nimium defatigari dicetur, argum. l. ꝙ labeo. ff. de compenſ. & communiter hæc ſequuntur. ¶ Sed Soccyn. cōtra. fretus quia in vna eademq; re naturalem in altera ciuilem habere poſſum, in decem rebus & pluribus naturalem, in totidemq; & pluribus ciuilē, nec animus ex eo nimiū defatigari opinabitur. item in terminis queſtionis videtur potius dicendum retineri melius naturalem propter auxilium ciuilis quū vt communiter argumentati ſunt, argu. l. qui patri. vbi doctores. ff. de acquir. hæredit. ¶ Addo textū in. l. iii. in. § neratius. ibi, quia ꝙ deſit naturali poſſeſſioni id animus implet, infra eodē. ¶ Alex. dat aliam rationem ꝙ qui habet vſufructum eſt in quaſi poſſeſſione iuris vtendi fruendiq; tam ciuiliter quam naturaliter, vt eſt glo. ſingularis. in. l. ait prætor, in. § Item ei. ff. quibus ex cauſis maiores. Vnde ſi abeſſet retineret quaſi poſſeſſionem ciuilis iuris, non mirum ſi nō perdit illam quaſi naturalem. ¶ Addas ponderādo verbum videtur in principio, in. d. l. naturaliter & adde gloſam in. l. licet in fine. C. eodem, ibi ratione iuris poſſident. ¶ Nihilominus hæc ratio nō tollit iudicio meo dubium quando quis vere poſſidet retinēdo ciuilem non retinet naturalem vt ſupra narratum eſt, tanto fortius concludendum ꝙ quando quis ficte poſſideret retinendo quaſi ciuilem, nequeat retinere quaſi naturalem. ¶ Soccynus aliam rationem aſſignabat, ꝙ quando naturalis iuncta eſt ſeu vnita cum ciuili, parum intereſt quod vel ex eo patet, quia nullū vel ſaltim ex eo paruum præiudicium ex eius amiſſionem infertur. tex. ē in. l. licet. C.

eodem & in.l.clam.§.qui ad nundinas infra eodem. Ideoq; quando reuertitur abſens de nouo quærere poſſeſſionem minime dicẽdum ſit ſed potius cõtinuare vt dominus Antonius.& Abb.in.c.cũ veniſſent de reſtit.ſpoliat. Inde etiam ſequitur, ꝙ pro ipſa remedium retinende iuribus minime datum inuenitur. ¶ Nec obſtat Aretin.dicẽs per Principem nõ poſſe tolli qñ vnita reperitur, ex quo patet intereſſe vnita vel nõ ſit, iuxta ea ꝗ habetur in.l.fin.C.ſi cõtra ius vel vtilit. public.quia immo tollitur iuxta tradita,in.l.quotiẽs.C. de precipibus Imperatori offeren.ita Soccyn. ¶ Cui reſpondẽdum puto immo præiudicium & magnum eſſe propter fructus & naturales acceſſiones, de quibus Bart.in diffinitione naturalis.

24 ¶ TERTIA Concluſio gloſe principaliter ſe habet, eẽ duas poſſeſſiones ciuilem videlicet, & naturalem. Bar. tertiam addidit. Corporalem, cum quo Rom.per.l.1.C.de fund. patrim.lib.x. Eſt tex.in.l. ꝙ ſeruus ifra eodem,& in.c.ꝙ autem, de iure patron. & in.c.cum aliquibus, ibi corporali, de re iudic. ¶ Sed ibi duplicem. Vnde per eos poſt Iohannem hic. Et Dynum in Regula ſine poſſeſſione cõcluditur poſſeſſionem in genere ſumptam in duas diuidi ſpecies, quarum vna ciuilis altera naturalis appellatur, ciuilis per Bar. & omnes hic diffinitur. ¶ Item naturalis per eundem diffinitur, vt ſit ius aptum producere ciuiles effectus reſpectu alicuius iuris a dominio ſeparati, & reſpectu naturalium acceſſionum. ¶ Sed Alex. cõtra quia. non illa naturalis poſſeſsio vſusfructuarii producit p̃ſatos effectus, ſed quaſi poſſeſſio iuris vtẽdi fruendiq;, & hæc ẽ ſecunda ratio reprobãdi diſtinctionem trimembrem cum ratio differẽtiæ ceſſet. ¶ Vnde deffinit naturalem illo modo quo per Bart. corporalis diffinitur. addito verbo corporalis, dicẽs ſic. naturalis ſiue corporalis poſſeſſio, ẽ ius inſiſtẽdi rei non prohibite poſſideri retẽtionis,& recuperationis producens effectus. ¶ Redeundo ꝙ ſpecies poſſeſſionis due ſint, probari dicunt per textum, in.l.nemo.C. eodem ibi corpore & animo. ¶ Sed euitatur quia quãuis dicat requiri vtrumq;, corpus & animum non ex eo ſequitur eſſe ſpecies differentes, ſic etiam reſpondetur ibidem in verbo, duplicem rationẽ, immo retorquetur ille textus, dum loquitur in ſingulari, ibi poſſeſſionis. ¶ Secundo per textũ in.l.ii.in.§.1.ff.pro herede ibi, ſic accipiẽdum eſſe vt poſſeſſio non ſolum ciuilis, ſed ẽt naturalis intelligatur. ¶ Sed Bar. ibi intelligit de detentatione, vt per ſequen. dum dicitur de depoſito. ¶ Iaſon ꝙ immo de naturali. Et ꝙ iuriſconſultus ibi arguit a fortiori, quia ſi naturalis poſſeſſionis cauſam quis abſq; noua ſuperuentione ſibi ipſi mutare non poteſt, tanto minus poterit detentationem. Motus per textum, in.l.non ſolũ, in.§.1. ifra titulo.i. vbi argum. hoc à fortiori videtur expreſſum. ¶ Florentini replicãt ꝙ.d.lex. aliter loquatur dicendo, cum hæc recipiantur in eo qui poſſeſſionem habet, vt ſi ab initio male fidei poſſidenti ſuperueniat titulus, & bonafides incipiat poſſidere, quãto magis in colono qui nunquam habuit poſſeſſionem. Quaſi dicat in colono minorem fuiſſe dubitationem, cum regula ſe habens, ne quis ſibi ipſi cauſam poſſeſſionis mutare poſſit. in colono clarã eſſet, ꝙ locum nõ haberet ſtãte (vt ſtat) apud colonum nullam poſſeſſionem eſſe, arg.l.decẽ, de verb.oblig. ¶ Sed iſtis contrariaret per verbum, hæc, ibi. poſitum in plurari ad omnia prædicta ſe referentem. Nam ſupra dixerat poſſeſſorem ſibimet poſſeſſionis cauſam mutare non poſſe, dum igitur arguit a multo magis, nulli dubium eſt quin idem replicat in detentore. ¶ Et ꝙ Iaſon bene intellexerit pondero, ibi. nec colonũ cuius dictionis natura ẽ, vt ponatur inter diuerſa. Bar. in.l.ſæpe. ff. de verbor. ſignific. Vnde cũ de colono,& aliis nudam detentationem habẽtibus dixerit,

aperire videtur ꝙ ſupra de poſſeſſore loquutus ſit. ¶ Nihilominus ad.d.l.nõ ſolum. Reſponderem vt hoc velit, videlicet, ꝙ quamuis vtraqꝫ ratio in poſſeſſione alicuius vigeat, de quibus rationibus habetur in.d.l.nemo.non tamen ſibi ipſi quis cauſam poſſeſſionis mutare queat. ¶ Et aduerto ad uerba ibi, ſic accipiendum eſt &c. Oſtendunt enim, vt præcedẽtia ibi, cauſam poſſeſſionis, declarẽtur ibi, non tam ciuilis &c. ¶ Vñ cõcludo, ꝙ verbum ciuilis importet cauſam, & ſimiliter verbum naturalis. Et conſequenter vnam, & eadem poſſeſſionem eſſe, duabus cauſis, ſiue rationibus firmatam, vt vere quis poſſidere dicatur. iuxta.l.nemo. ¶ Cã naturalis eſt cauſa eſſentie, iuxta.l.iii.i.eodem. ¶ Cã ciuilis, eſt quæ parit ciuiles effectus, de quibus Bar.in diffinitiõibus. ¶ Tertio pro iſtorum opinione datur.l.1.in.§.deiicitur.ff.de ui & ui arm. ibi ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter poſſideat, nam naturalis poſſeſſio, & pro ſuo, ad hoc interdictum ptinet, ſunt hæc verba illius textus. Qui tunc minime loquitur de ſola detẽtatione, vt in ſequẽtibus verbis patet, dum detentori vult cõpetere interdictũ. ¶ Soccinus vult ibi, non poni naturalem ad differentiam ciuilis, ſed vt actum corporis denotaret, vt in.l.noſtra, cui adde ꝙ infra dicam, ꝙ aduerbialiter &c. ¶ Florentini replicant, per verbũ ibi pro ſuo. quod ciuilẽ ſignificare velit, de quibus ob maiorem commoditatẽ inferius dicere propoſui. ¶ Quarto pro eorũdem opinione textus, in.l.iii.in.§.nerua filius, ibi eatenus res mobiles nos poſſidere, quatenus ſub cuſtodia noſtra sũt, ideſt quatenus ſi velimus eaꝝ naturalẽ poſſeſſionem nãciſci poſſemus. ¶ Bar. tamẽ dicit, ibi loqui de detẽtatione, pro quo Florentini ponderant verbum cuſtodia, arg.l.cũ legati.ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ.eatur. vbi patet id verbum ſolam ſignificare detentatiõnẽ ¶ Quod nihil eſſe puto. Cum eo mõ verba principii, ibi . poſſideri, reſtringerentur.

¶ Ad verbũ, cuſtodia, dicas p eũdẽ i eo non ſe firmaſſe iureconſultum, ſed vlterius proceſſiſſe, ibi quatenus earum poſſeſſionem &c. ¶ Poſſes tamen reſpondere, vt in precedenti Soccynus dixit, & aliter nunc dicam in contraria opinione. ¶ Quinto pro eis textus in.l.iii.ff. ad exhibendum, ibi ſciendum eſt hanc actionem competere aduerſus poſſeſſorem, non ſolum eum qui ciuiliter, ſed ẽt eum qui naturaliter incumbit poſſeſſioni, reſpondetur eum loqui de detẽtatione, patet in illatione ſequẽti, dum loquitur de creditore, itaqꝫ de detinẽte. Arg. l.hæredes palam.§.ſed ſi notam ibi, vicinis ſcripturis.ff.de teſtam. ¶ Sed nihil eſt, vt ibidem per gloſam, cum allegatis ſuis. ¶ Cui tamen poſſes reſpõdere, ꝙ verbum (ciuiliter) denotet qualitatem ſiue actum corporis, vt ſupra, & ponatur aduerbialiter, vt impleat illud verbum. Et declarant grammatici, iccirco vt qualificet, & per iſtum textum videtur apte probari, ꝙ verba ciuilis, & naturalis in.d.l.ii.ff.pro hærede.denotent qualitatem non autẽ ſpeciem diuerſam. Aliter etiã inferius reſpondebo. ¶ Sexto textus iii.l.quemadmodum.i.eodem ibi.nulla. Soccyn. reſpondet intelligi de iuſta, ſiue iniuſta idcoqꝫ, ex qualibet cã, non ꝙ duas ſignificet inueniri. ¶ Septimo tex.in.l.acquiritur, in fine, ſupra titulo.i.ibi naturalis non ſufficit ad preſcriptionem, ergo differt a ciuili. ¶ Soccynus ꝙ ibi eſt propter malam fidem. Cui replicatur, ꝙ ibi.due rationes oſtẽduntur, quarum vna eſt, quia non poſſidet ciuiliter, vt glo.declarat, vnde ſufficit vnam verificari.§.affinitatis inſti.de nupt. ¶ Item reſpõdet ꝙ ex eo quia nõ ſufficit ad præſcriptionem non inducitur ſpecifica differentia, probat iſto modo, iniuſta non ſufficit, iuſta ſic tamen iuſta nõ differt ſpecifice ab iniuſta. l.iii.§.ex cõtrario.i.eodem. ¶ Octauo mouentur Bar. & Alex. quia duo non poſſunt inſolidum poſſidere.d.§.ex contrario, ſed in.d.§.qui ad nundinas, dicitur

ꝙ ingreſſus acquirit poſſeſſioné & ab-
ſens retinet. Ergo due sũt poſſeſſiones.
¶ R ſidetur ꝙ diuerſis reſpectibus conſi
deratis bene duo poſſideret inſolidum,
patet in.l.fin.ff.vti poſſid. vbi vſufruari-
us & vſuarius eiuſdem fundi habent in-
terdictum. Quod non datur niſi poſſi
déti. ¶ Aliter Soccy · ꝙ regula·§·ex cõ-
trario, procedit quando ratio naturalis
obſtat. ¶ Sed Florent. cõtra eũ per ver-
bum videaris, bis ĩ eadem. l. repetitum.
¶ Dicas tu ꝙ illud oſtendit ocularem
demonſtrationem non improprietaté.
Vnde ratio naturalis eſt illa, quæ ibi re
pugnat, vt etiam videre eſt in principio
paragraphi dum dicitur ibi, contra na-
turam quippe eſt &c. Vñ ſtantibus dua-
bus ſolutionibus maxime prima nõ ſe-
quitur ꝙ in·d·§·qui ad nundinas, vt ſu-
pra ponderato probetur duas inueniri
poſſeſſiones. ¶ Nono pro eadem parte
eſt textus, in.l.pupillus ſupra titulo pri
mo, ibi nec alienare poteſt poſſeſſioné
quæ eſt naturalis, reſpondetur ꝙ verba
quæ eſt &c. ſtent declaratiue non ꝙ di
uerſam ſpeciem oſtendere velint, nã tũc
ſequeretur abſurdum id videlicet, vt pu-
pillus ciuilé poſſeſſionem alienaret con
tra menté illius textus. ¶ CONTRA
RIAM vero partem videlicet, vnicã
inueniri poſſeſſionem tenuit Azo. qué
hic ſequitur Soccy. per tex.in.l.licet.C.
eodem vbi dicitur, ꝙ licet poſſeſſio nu
do animo non acquiratur, nudo tamen
animo retinetur, cũ igitur verbum, poſ-
ſeſſio ſemel poſitũ ad primam & ſecun-
dam referatur orationem, ſat oſtéditur
eandem quæ corpore acquiritur eé que
animo retinetur, nec animum neq; cor-
pus facere ſpeciem ſeparatam, prout ip-
ſi profitebãtur animum facere ciuilem,
corpus vero naturalem poſſeſſionem.
¶ Florentini reſpondent ꝙ ibi ſit repe-
titio poſſeſſionis non tamé eiuſdé, pro-
bãt, ex ratione quia naturalis poſſeſſio
non retinetur niſi ab eo qui ei inſiſtit, vt
in tex. noſtro, niſi loqueremur de natu-
rali formali, vt eſt illa vſufructuarii, vn-
de cum repetat eandem. concludunt ne
procedat argumẽtum illud, vnam vide-
licet reperiri poſſeſſionem. ¶ Quibus
replicarem ꝙ quamuis naturalis poſſeſ
ſio corpore tantum teneatur vt hic, nõ
tamen ſequitur quin in.d.l. licet, eadem
poſſeſſio ſit. Et ꝙ immo eadem proba-
tur in verbo retinetur ꝙ differt à verbo
tenetur de quo hic. ¶ Nec mirũ ſi ſolo
aĩo &c. Quia reſpõdebis, ꝙ turpius eii-
citur quã non admittitur hoſpes d.l.ii.
ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. ¶ Ité
probatur per illum tex. in verbo tamé:
Cuius natura eſt, repetere precedentia
Bar.in.l.omnes populi in. x. col. ff. de
iuſtit. & iur. Alex.in.l. filius a patre. ff.
de liber. & poſtum. ¶ Secũdo quod vni
ca tantum poſſeſſio ſit, mouebatur per
rubricas noſtras in. ff. & . C. & per tex.in
l.iii.in·§·in amittẽda. ff. eodem, ſi enim
eſſent plures poſſeſſiones non in ſingu-
lari rubrice loquerentur. ¶ Sed Floren
tini ꝙ in rubricis ponitur vt eſt genus,
quod diuiditur in pluribus ſpeciebus, vt
in nigro. Sed hoc falſum eé nunc oſten
dam. ¶ Tertio pro eis tex. in.l.iii·§·ge
nera, præmittendo per Bar. hic bonam
& malam fidem non eſſe qualitates in
poſſeſſione, vnde Soccynus arguit ꝙ ſi
naturalis poſſeſſio eſſet ſeparata ſpecies
ſicut ciuilis, genus poſſeſſionis in.d·§·
non diuideretur in illas qualitates, quas
vocat ſpecies, ſed in ſui proprias ſpecies
naturalem ſcilicet & ciuilé. ¶ Florenti-
ni reſpondere conantur, ꝙ ſpecies po-
ſuerat alibi & ibi voluit ponere qualita
tes. ¶ Nihil (vt puto) dicunt, nam res
non debet diuidi per qualitates ſed per
ſpecies quæ diuiſio ibi exprimitur, mil-
le inſuper modis reſponderetur. ¶ Cõ-
cluderem finaliter cum iſtis vnicam tan
tummodo inueniri poſſeſſionem, quæ
quandoq; conſiſtit apud duos, diuerſis
reſpectibus conſideratis. Reſpõdeamus
ad verba ciuilis & naturalis l.d.ll. vt poſ
ſidendi, modum & qualitatem impor-
tent. Quorum vno ſublato non muta-
tur ſubiectũ. arg.l.tex.l.i. in·§·Ariſto.

ibi.eſſe enim vetum hoc anno non ui, vel clam.ff.de aqua quotid.& eſtiua. & ꝙ modi ſint,& qualitates īfra melius de clarabo. ℂ Quibus ita ſtantibus ad.d.l.ii.ff.pro hæred.dico ꝙ ibi ciuilis & naturalis ſunt qualitates,quæ ſe referūt ad vnam poſſeſſionē.Ideo in ſingulari prolata ē. ℂ Si replicares ꝙ quia vnus ciuiliter poſſidet alter naturaliter,ideo non poſſit eē vna,ne deueniatur ad abſurdū, pœnes duos inſolidum poſſeſſionē eandem permanere contra.l. ſi vt certo.in.§.ſi duobus vehiculum.ff.commod.& d.§.ex cōtrario.i.titulo noſtro.ℂ Triplicarem non ex hoc ſequi duas eē poſſeſſiones,immo vna eſt, vt per ſuperiora,quæ diuerſimode ſicut ſtellio ſe oſtēdit & verba ciuiliter & naturaliter potius qualitates ſunt ac modi poſſidendi quod etiam ſumerem ex.l.iii.§.fin.ff.ad exhiben.ibi ciuiliter & naturaliter incūbit poſſeſſioni.Itaq; eidem cum loquatur in ſingulari. ℂ Ad ꝙ.l.bona.i.eodē allegata per Soccynum hic reſpondentem,ꝙ quia genus inuiſibile eſt ideo verbū (poſſeſſioni) in dictis legibus in genere capi non poſſit. Cum non conueniret cum verbo (incumbit) ſibi iūcto. ℂ Ad.§.ex contrario,& ad.d.§.ſi duobus vehiculum. Reſpondetur procedere vbi ratio naturalis repugnat videlicet in corporali poſſeſſione, non enim tu ſedere poſſes vbi ego ſed affectus animi pœnes plures eiuſdem rei permanere poſſet ergo &c.Ad quod.l.1.§.ſiue autem.ff.de ui & ui arm.ℂ Eodem modo reſponderem ad.l.1.in.§.deiicitur, eodem illo titulo & ad.l.iii.in.§.nerua filius.i.eodem. Et ad.l.iii.in.§.fin.ff.ad exhiben.& ad.l.acquiritur in fine ſupra titulo.i.& quāuis ibidem dicatur,ꝙ naturalis non ſufficit ad præſcriptionem debet tamen intelligi ꝙ modus taliter poſſidendi (videlicet naturaliter) nō ſufficiat ita ꝙ ſola qualitas illa effectum pſcriptionis operetur. ℂ Quicquid ſit in hoc diſputabili puncto vltimo loco dico ꝙ poſſeſſionis genus de quo in rubrica noſtra. Et in ſimilibus legibus id ponētibus in ſingulari.diuiditur in duas ſpecies,probo per textum,in.l.quem admodum ibi,nulla.i.eodem cuius dictionis natura eſt,denotare pluralitatē.§.nulli.inſtit.de patria poteſt.&.l.nulli C.de Epiſc.& cleric.cum ſimil. ℂ Itē per tex.in.l.ii.ff.pro herede in verbo vllam.Quæ due (ut puto) ille ſunt quæ ponuntur per iureconſultum, in l.iii. infra eodem.ibi bone fidei,& non bone fidei. ℂ Quas declaro ſic,ꝙ bone fidei pariat ciuiles effectus acquiſitionem dominii per vſucapionem & acquiſitionē fructuum vnde pp iſtos ciuiles effectus iſta poſſet denominari ciuilis. ℂ Non dico ꝙ vbicunq; de ciuili dicatur hæc tantum ſignificetur cum & quādoq; ciuilis appellatur propter animum quem ius ciuile I poſſeſſione requiri vult ſi volumus ex ea patrocinari.vt in.l. noſtra in.§.ſi furioſus & ita procedunt aliqua iura pro communi opinione allegata, quæ iura modum poſſidendi importāt vt prædixi ſeu in poſſeſſione requiſita. ℂ Dico igitur ꝙ poſſeſſio bonefidei uidelicet quæ cum bona fide aſſociata apparet vna ſpecies eſt & non bone fidei poſſeſſio (hoc eſt quæ aſſociata cum bona fide nō pateat) altera ſit ſpecies. ℂ In quo aduerto plus eſſe dicendo non bona fide,quam dicendo male fidei ſeu mala fide vt dicit gloſa in.l.iii.in.§.genera infra eodem omnino videnda. ℂ Quæ ſpecies videlicet bona fide vocatur (vt puto) iuſta in.d.l.ꝙ ſeruus.i.titulo noſtro ad differentiam corporalis vt ibidem videlicet poſſeſſionis enudate ab adminiculo iuris. ℂ Nec obſtat ſi quādoq; iniuſta pariat ciuiles effectus videlicet præſcriptionem de iure noſtro ciuili,vt eſt tex.inſti.de vſucapion. ℂ Quia reſpōdebimus illud ibi eſſe ſpeciale propter odium negligentium vt in.l.fin.C. de annali except. ℂ Item in caſu.l.prime.ff.de ui & ui arm.ſpeciale eſt vt delinquēdi materia euitetur vbi videas gloſam in verbo ciuiliter.per quam (reſe-

rentem opinionem irnerii) habes id ꝙ ſupra tenui circa ſpecies poſſeſſionis, de ciuili hoc eſt iuſta & de naturali, hoc ē iniuſta. ¶ Ad tex. in. l. iii. in. § ex cōtrario, ibi nec intereſt iuſte vel iniuſte &c. Reſpondeo per eundem tex. ibi, quantum ad hoc &c. arg. l. ius ſingulare. ff. de legib'. ¶ Ad id ꝙ Soccyn hic ſubtilizat rn̄deo ꝙ ſumus legiſte nō dialectici.

25 QVærit Bar. hic de quaſi poſſeſſione incorporalium vtrum in ciuilem & naturalem diuidatur. Opinionibus relatis concludit affirmatiuam communiter ſequuntur. ¶ Ipſe declarat, ꝙ naturalis quaſi poſſeſſio ē illa, per quam ius reale (puta ſeruitutis) retinetur. Et eam vocat naturalem quia nullum hominis factum in eius retentione neceſſarium ē, ſed fundus ipſe dominans de per ſe retinet poſſeſſionem ſi cauſam continuam haberet. l. qui fundum. ff. quemadmodum ſeruit. amittatur. l. 1. § quæſitum. ff. de aqua quotid. & eſtiu. ¶ Tunc dicitur continuā cām habere, cum abſq; hominis facto nunquā fluere deſinat. ¶ Quaſi continua qn̄ de ſe apta eſt fluere, vt eſt aqua de cœlo cadens. l. foramen. ff. de ſeruit. Vrban. prædiorum in verſic. at que de cœlo cadit &c. ¶ Non continuā nec quaſi continuam, vt eſt ſeruitus itineris. l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. titulo generali, vbi glo. magiſtra, vel aqua cadens ex pauimēto dum lauatur. d. l. foramen. ¶ Redeūdo fundus de per ſe abſq; hominis facto & animo retinet ſeruitutē hæc enim fundo ipſi debetur ab eodēq; retinetur. l. q̄ in aliena, in fine. ff. de negoc. geſtis, ideo dr̄ naturalis. ¶ Sed quaſi ciuilis. Illa ē quæ præſcribitur egetq; animo poſſidēdi, ita vt putet vti iure ſuo. l. 1. & ii. C. de ſeruit. & aqua. Ideoq; propter animum dicitur ciuilis. ¶ In hoc tamen nos aduertit, quia fundus ipſe præſcribere dicitur. d. l. qui in aliena. Qua de re præſcriptio non procedit, niſi continuam cauſam haberet. d. l. foramen, vel niſi tanto tēpore cuius contrarium memoria non habeatur curſus effluxiſſet. ¶ In quibus cōſidero quod (ſi fundus præſcribere dicitur (vt vult) & fundus poſſidere dicatur arg. regule ſine poſſeſſione vſucapio non procedit, de regul. iuris. Et ibi. Dyn.) ſequitur ꝙ quaſi poſſeſſio qua ſeruitus retinetur eadē ſit que præſcriberetur, itaq; ſequeretur non eē duas, videlicet quaſi ciuilē, & quaſi naturalē. ¶ Præterea dum Bar. vult non eē neceſſarium animum in quaſi poſſeſſione quæ retinetur, cum eo non aſſentirē, per totum textum, in. d. § Ariſt. maxime ibi, eſſe enim verum hoc anno nō ui, non clam, nō præcario vſum. ¶ Nō obſt. § quæſitum, quia fingitur ibi animum interueniſſe, ad quod pondera illa verba, ibi quaſi duxiſſe videatur. Iuncta. l. ſi me in vacuam. ff. de acquir. poſſeſſ. Cum igitur ibi fingatur, patet neceſſarium fuiſſe, ne dici poſſit fruſtratoria lex. hoc eodē modo loquitur. d. l. q̄ fundum in verbo retinetur, vbi glo. ibi nam fingitur &c. in. d. § queſitum. ¶ Et idcirco concludo illam quaſi poſſeſſionē iurium realium incorporalium potius ciuilem dici, quam naturalē. ¶ Moueor quia potius in his incorporalitas conſideratur, quam corporalitas, vt. d. l. ſeruitutes, titulo generali, quāuis ſine corporalitate non ſit videlicet, ſine prædio. ¶ Itē ciuili iure fuit inducta quaſi poſſeſſio. l. 1. & 2. C. de ſeruit. Et eſt melior tex. in. l. ſi edes. ff. de ſeruit. Vrban. ibi natura enim ſeruitutum eſt, vt poſſideri videantur. ¶ Et finaliter dico ꝙ, neq; inuenitur quaſi ciuilis quinimmo ſed ſimpliciter dicatur ciuilis, bene verū puto ꝙ reperiatur quaſi naturalis, non autem in iſtis terminis ſed in terminis. § ſi iuſſerim, cum ſimil. vbi lex fingit, quem naturaliter, ſeu corporaliter acquirere, quod verē non ſit. d. l. quod meo. in § ſi venditorem. Et habet eoſdem effectus ques habet vera naturalis poſſeſſio de qua ſu. p̄ dixi.

QVærit Bar. an detentatio ſit iuris, vel facti concludit eam eẽ facti quia que iuris ſunt non cadunt in ſeruum. l. quod attinet. ff. de regul. iur. detentatio vero ſic. l. ſtipulatio iſta, in. §. hæc quoq; de verb. obligat. ¶ Ad. l. ſi finita, in. §. ſi quis metu. ibi, ius detentationis, reſpõdet illam loqui de queſito per detentationem. Ita Rom. hic, & Paul. in. l. peregre. i. eodẽ, per. d. l. ꝙ ſeruus, tamen ꝙ aliquando ſe cum habeat admixtum ius, vt in illa Coloni & inquilini qui animo retinẽt quãuis corpore non inſiſtant. l. colonus. i. eodem. ¶ Pro hac opinione eſt, quia vbi de iure ſimpliciter fit mentio, intelligitur de illo, quod nõ cadit in ſeruum. l. illa verba arbitratu Lucii Ticii de verbor. ſignif. ¶ Sed tamen ꝙ ſit ius, tenuerũt Cyn. Dyn. in. l. licet. C. eodem. Ang. Paul. hic Imol. & Alex. per. d. §. ſi quis Metu & per. l. ii. circa princ. ff. pro hærede, ibi ius pignoris retinebit. Iũcta. l. peregre, vbi quia dicitur ius poſſeſſionis fuit concluſum poſſeſſionem eſſe ius, ita dicendum eſt in dictis verbis ius pignoris. Item quia detentatio eſt iurigentium cuius iuris eſt capax ſeruus. ¶ Ad. §. hæc quoq;, reſpondent ꝙ loquitur de detentione introducta per ſtipulationem inuentam poſt quam ſeruitus, in eẽ venit. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure non mirum, ſi ſeruus ſit capax detẽtationis talis, ſed in eo quod comprehendit ius, in eo non cadit ¶ Ad. l. illa verba dicunt ꝙ loquitur ĩ arbitrio ſeu compromiſſo, quod non cadit in ſeruum. l. pedius. ff. de arbitris. ¶ Itẽ ſi argumẽtum cõtrariorum ſumeretur ex illa lege, ius primeuum (ꝙ cadit in ſeruum) non diceretur ius, quod eſſet cõtra. l. ius naturale. ff. de iuſtit. & iure dicit hoc Alex. ¶ Nõ obſtat detentationem fieri quandoq; iniuſte, quia immo detentator iniuſtus, habet ius recuperandi. c. reintegranda tertia quæſtione. i. & in. l. 3. §. ſi quis ui. ff. de ui & ui armat. ¶ Quapropter Alex. ipſe probat Angeli definitionem ꝙ detentatio eſt ius inſiſtendi rei aptum ad cuſtodiam eius & conſeruationem, & qñq; ad fructuũ acquiſitionẽ, ꝙ ſit ius vidimus, ꝙ aptum ad cuſtodiam, patet ĩ. l. ſi ex legati. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur ꝙ ad fructuũ acquiſitionẽ patet in. d. titulo in. l. Fulcinius in. §. fin. & in. l. ſi fur. §. locaui. ff. de furtis. ¶ Ego vltimo loco concluderem detentationem eſſe facti, ſicut Bartol' p. d. §. hec quoq;, nec illa ratio eſt propter quam ſeruus habet detentationem, ſed eſt quia detentatio ẽ quid nudi facti, quod ſumitur ibidem ex præcedentibus verbis. Dum dicitur de poſſeſſione naturali. ¶ Secundo moueor per. d. l. illa verba. Non obſtat ꝙ (hoc ſtante) ius naturale, non diceretur ius, quia replicarẽ ius naturale fuiſſe añquam eorũ ſtatus introduceretur eorumq; conditio annihilaretur vt diximus in rubrica non mirum igitur, ſi dicitur ius & cadit in ſeruũ. ¶ Sed poſt ſeruorum ſtatũ annihilatum, quicquid iuris introductum fuit non cadit in ſeruum. d. l. illa verba. Et dicitur ius ciuile. d. §. hæc quoq;, nam de ciuili diſputatur, & ponitur in diffinitionibus vt vidimus in diffinitione poſſeſſionis. ¶ Modo dico ſic, nam contratenentes mouentur ex. d. l. ii. ff. pro hærede & ex. d. §. ſi quis metu, vbi videtur nominari ius, quibus reſpondeo, ꝙ leges ille loquũtur de iure ciuili patet, quia de pignore prætorio, quod pignus nemini dubium ẽ, fuiſſe inuẽtum poſt condictionẽ ſeruorum annihilatam. Et conſequenter poſt ius gentium, non enim per hoc dicunt illi textus, ꝙ detentatio ſit ius nam male loquerentur, cum ipſa cadat in ſeruum in quo ius minime adheret. ¶ Ad quod pondero textum ĩ. d. §. ſi quis metu, ibi ius detẽtationis, nõ. n. puto verba illa ſignificare detentationem eſſe ius, ſed immo facti a quo ius oriatur. Quaſi dicat ius quod oritur ex facto illo, ſeu detẽtatione, arg. l. ſi ex plagis. ff. ad. l. Acquil. ¶ Et ſi diceretur, ꝙ quia ex detentaio-

nẽ oritur ius.d.§.ſi quis metu &.d.l.ii.
ideo non cadat in ſeruum, Reſpondere,
ꝙ regulariter cadit in ſeruum.d.§. hæc
quoq; fallit in detẽtatione iudiciali, que
videlicet iudicio mediante haberetur, vt
per Imol.hic ex ratione. l. ſeruus.C.de
iudic.hoc modo loquuntur iura præfa
ta. ¶ Et in iſtis terminis detentatio ab
abſente retinetur propter vinculum de
creti. Ad quod facit quia talis detẽtatio
eſt de iure ciuili vt per Bar.infra, in ver
ſic.item quæro num. 13. ¶ Quod intel
ligas non inſpecta ſerui eſſentiali natura
ſed iuris ciuilis confirmatione, arg. l.ii.
ff.de origin.iur.ibi omnia noſtra faci-
mus &c. ¶ Nõ obſt.l.peregre, quia non
determinarem per eam ſolam legem ꝙ
poſſeſſio ſit iuris, ſed ꝑ alias leges vt ſuo
loco dictum eſt. ¶ Præterea ſi per ſimi
le præfate legis peregre, detentatio dice
retur eẽ ius concluderetur ꝙ detẽtatio
eſſet pignus, ſed quam longe ab eo diffe
rat, ex eo etiã videre eſt, quia pignus cõ-
ſtituitur per decretum, vel conuentio-
nem. Atq; aliter detentatio. ¶ Vltimo
loco vel dicam detentationem eſſe quid
facti, quo res detenta cuſtoditur aptum
producere eius cõſeruationẽ, & fructuũ
acquiſitionem. ¶ Dixi aptum produce
27 re, quia non ſemper ſed quandoq; con-
ſeruationẽ rei producit. ¶ Quid ſi res
eẽnt, q̃ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt, de q
bus in titulo de vſufruc. earum reꝝ q̃
vſu cõſumũtur &c. ¶ Et quod dixi fru-
ctuum acquiſitionẽ, verificatur in detẽta
tione habita iudicis decreto.

QVærit Bar.quo iure poſ
ſeſſio ſit inuenta conclu-
ꝙ in d.l.ſed ſi ante. non conſtat vt ea ratione,quia non erat dominus ſuccubuerit ipſe actor.vnde putat magis ea ratione,quia non probauit,arg.l.qui accuſare.C.de eden. Qua de re tunc non eſt neceſſe id (de quo in primo iudicio ſit iudicatum) deduci in ſecundo,ſicut debet in caſu Bart.de quo tamen Iaſon. in d.§.in.2.colum.dubitauit. ¶ Finaliter cumanum ſequor.ꝙ generalitas tex. in d.§.quedā.diſtinguatur,vt iura iuribus cōcordentur.arg.c. cum expediat. de elect.in vi.& ſic contrarium d.dict.§. euitetur. Ad.§.duo fratres. Repeten. dicunt,quod per viam exceptionis id fuit in primo iuditio diſcuſſum.vt p Bart. in.l.ii.in.§.primo.ff.de vi. bon. rapt.

VNDE concluſio Bart.defenſatur,ꝙ ſi quid in primo iudicio incidenter cognitum fuiſſet,vt in ſecundo etiam iudicio principaliter deduci poſſit.& e conuerſo. Nouiſſimi dicunt Hic,ꝙ ſententia lata ſuper petitorio mixtam habente cām poſſeſſorii, ſuper poſſeſſorio ipſo ſit exceptionem paritura. ¶ Adde in d.l.ſed ſi ante.vtrūq; videri petitorium, ſi enim primo petii viam, nihil aliud ꝗ Ius eundi dicor petiiſſe,itaq; iuris quaſi dominium,ſi poſt peto fundum, ipſius tantum fundi dominium petere videor.arg.l.Recte dicimus.de verb.ſignific cui fundo viam deberi profitebar.

¶ Nam & ſi tex.(dicēdo de via) de poſſeſſorio loqueretur, nihil aliud vellet ꝗ quaſi poſſeſſoriū illius iuris,ſed petitorium eſt diuerſi fundi,quia tamē in hoc textu preſupponimus petitoriū & poſſeſſorium eiuſd.rei,non viderem qua ratione tot à ſcribentibus in intellectu illius legis fuerit variatum.

SEcunda cōcluſio Bart. hic poſt Dinum in Regula. ꝗ ad agendum. in vi. quod quia nil commune habet proprietas cū poſſeſſione, ideo ſequitur ꝙ ſi reus in petitorio iudicio ſit abſolutus ea ſola ratione quia dominum ſe probauerit, non tamen per dominii exceptionem repellet eund.iterum agentem poſſeſſorio reintegrāde. Hoc voluerūt glo.l.c.ſollicite in verb. cum. de reſtitut.ſpol.& in. c. paſtoralis.i verbo.cauſe. de cauſ.poſſe. & propri. Hanc ſequuntur Bald.in.l.ordinarii. C. de rei vend. in verſic.viii.quero. Socci.hic Claudius.Bologni.& Florēt.

¶ Pro hac moueor ex dictis Soccini. nam fatentur contra tenētes.ꝙ per ſententiam latam in petitorio, non oritur exceptio rei Iud.in poſſeſſorio recuperande. Quin in iudicio deduci poſſit, immo poſſet & dominium (ſuper quo ſententiatum eſt) in dubium refragari, per ea de quibus l.l.poſt Rem.ff.de trāſact. ¶ INTELLIGO Hoc modo Soccinum,ꝙ(quia in caſu noſtro praeſupponitur De dominio incidenter. fuiſſe pronunciatum, cum incidenter euenerit reum petitorio conuentum de dominio excepiſſe probaſſeq; ſtante Regula.d.l.qui accuſare cum ſimil. qua ſola mediāte veniebat abſoluendus) ideo illud idem principaliter, in alio iudicio in quo modus agendi variaretur (vt eſt caſus noſter) deduceretur. in quo ſecundo Iudicio recuperande ageretur. Sic puto ꝙ intelligat d.l.ſed ſi ante.& Bart. in.d.§.duo fratres.atq; velit ꝙ Bar.l.d. l.ii.ff.de vi.bono.rapt. loquatur vbi in primo iudicio ſuper facto principaliter iudicatum extitiſſet. ¶ Nec obſtat ꝙ iudicatum dominium (vt eſt caſus noſter)non amplius in dubium refrigetur: ex quo,Secundum iudicium non ad dominium ſed ad poſſeſſionē eſt directū. vt per Bald.in.l. poſt ſententiam. in 2. colum.in verſic.venio ad ſecūdum. C. de ſententiis. Eo Addito quia notorium in prima ſententia ſeu iudicio factū durat in ſecundo vt Florentini dixerūt. Quia reſponderem quod eadē ratione attenta,ſequeretur quod agēti nunc recuperande exceptio dominii nō obſtaret.etiam ꝙ principaliter cognitum eſſet,& concluſio ampliaretur. ad quod facit quia nihil commune habet &c. vt

in tex.noſtro. Addo ꝙ infra dicam ibi quarto Iaſon. &c. ¶Secundo Soccinus dicit tria copulatiue requiri perſonarũ, Rei petite, atq; cauſe identitatem, vt exceptio Rei iudicate obſit. Sed in noſtro deeſſet identitas cauſe, nam dominium eſt cauſa petitorii, poſſeſſio vero ipſa poſſeſſorii. Ad quod eſt. d.c. paſtoralis ergo. ¶TERTIO pro hac Bologn. ait quod ſicut finito poſſeſſorio, quis petitorium inchoare non impeditur l.& in eandẽ §.fin.ff. de except. rei iud. ita dicendum eſt in caſu noſtro vbi petitorium prius terminatum extitiſſet ex ratione maxime illa, quia poſſeſſio non à dominio cauſatur, ſed vtriq; à poſſeſſione diuium. vt in. l. prima. ſupra. ¶Quarto mouetur Iaſon quod ſtant iſta ſimul, vt Reus (pro quo ſententia lata fuit) dominus debeat eſſe. Actor vero poſſeſſor ſaltim largo modo. vt eſt creditor qui poſſidet pignus, vel is qui fecit in ipſa re melioramenta. Cui Florent. reſpondent noſtram concluſionẽ eſſe intelligendam, vbi res ipſa petita penes dominum permanere debeat, vt q a non probetur apud alium debere eſſe. argum. l.prime, ſupra eodem, &. l. officium. ff. de rei. vendic. ſecus vbi ex iuſta cauſa per poſſeſſorem retineretur vt declarat Paul. de Caſtro in. l. ſi de eo in. §. fin. i. eod. ¶SED replicarem ꝙ ex quo per ſententiam latam ſuper ſolo dominio apparere nõ poteſt apud quẽ poſſeſſio debeat eſſe. Cum ſit poſſibile alium quàm dominum debere eſſe poſſeſſorem, vt ſupra dictum eſt, ideo concludendum puto in poſſeſſorio recuperande eum eſſe audiendum. vt ſciatur apud quem poſſeſſio ipſa permanſura ſit. Quod verum credo & ſi qui ſuper dominio obtinuiſſet nõ tantum ſupraſitam preſumptionem exceptam ex d.l. i. eodẽ. &. l. officium. haberet. ſed & alias multas. nam non operarentur vt alia diuerſa cauſa que eſt poſſeſſorii nequeat inchoari, & ſi quandoq; in alio fortaſſe caſu ſuper ipſa cauſa diuerſa preſumptiones prefatas operari contingeret. ¶Infero igitur ex iſtis ꝙ in quocunq; poſſeſſorio exceptio dominii ſit nocitura, ad effectum vt dominus debere poſſidere præſumatur, ſic puto procedere gl. in. l. ſi de vi per me ſupetius alligatam. Non autem ꝙ probato dominio per ſententiam ſuper eo latam vel alio modo, correlarie ſequatur vt ſuper poſſeſſorio cõcludenter ita fuerit probatum, ꝙ apud reum ipſum conuentum poſſeſſionem eſſe debere clarificatum ſit. conſequenter ꝙ ante omnia ſpoliato poſſeſſio ipſa non ſit reſtituenda. ¶ET concludo ſuper poſſeſſorio cognoſcendum eſſe, moueor quia replicatio illa excludens Regulam dolo facit &c. (de qua. in d. glo.) locum habere poſſet vt quia ſecundum ius & iuſtitiam actor Reo declarato Domino poſſeſſionem (quia penes ſe debeat eſſe) nõ eſſet reſtituturus. ¶Nõ ob. tex. in. c i. de reſt. ſpol. quia ibi actor cepit ſuper poſſeſſorio, vt oſtenditur ex his verbis dum philaſius eſt conqueſtus, & in illis verbis. ibi. quàmuis debuerat &c. SED quia philaſius poſtea conſentit vt Reus (etiam ad effectum vt a poſſeſſorio ipſe actor excluderetur) ſup dominio probaret, ſibimetipſi conſentiendo, præiudicauit. quaſi fatendo non iuſte poſſeſſorio egiſſe, vbi de Dominio ipſius cõuenti probaretur. ꝙ poſt inueni fuiſſe conſideratum per Alex. in conſil. 85. in 5. volum. quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, vbi actor non à principio poſſeſſorium inchoauit, arg l. Decẽ de verbo. oblig. ſed petitorium erg. &c. Ad ꝙ eſt vulg. Reg. l. papinianus exul. ff. de minor cum ſimil. ¶Non obſtat. l. ſi is, qui deſtinauerat. ff. de Rei vend. quia hic bene loquitur Bolognius, id ibi eſſe ratione commodi poſſeſſionis & oneris transferendi probationem dominii in adnerſam partem. non autem ex eo ſequi ꝙ ſi contra me in petitorio diffinitum ſit, quin poſſeſſorio Recuperande, & ante omnia reſtitui valeam. ¶Huic

minus obſtare poſſet ꝙ(quia ſpreuerim cõſilium d. l. ſi is qui deſtinauerat) ideo ſuper dominio mea volũtate fuerit diffinitum, & conſequenter ꝙ in poſſeſſorio mihimetipſi præiudicauerim prout in terminis præfati cap. primi. Nam Reſponderem in. d. c. conſtare de voluntate expreſſa, hic non. ITEM ibi de dominio ſuper poſſeſſorio haberi cognitionem conſenſum eſt. Item hic ſuper dominio cognoſci in hoc tantũ cõſenſum eſt, vt (eo probato) ſuper poſſeſſorio poſtmodum inchoando præſumptionem haberet. ℂ SED Hoc in terminis præfati cap. non conuenit. & tanto fortius quanto ꝙ in terminis noſtris incidenter ſuper dominio ventilatum eſſe declarauimus. quam incidentẽ cognitionem impedire non poteram etiam inſtando ne Reus poſſeſſorio cõuentus ſuper dominio pro ſe propoſito audiretur. erg. &c. ℂ Non obſt. ꝙ p ſententiam fuerit dominium factum notorium, iuxta l. emptorem. ff. de Action. empt. conſequẽter vt exceptio notorietatis impediat poſſeſſorio agentem vt hic per Alex. quia ſatis ex prædictis puto colligi reſponſionem vt ſupra proximo verſic. infero &c. & per tex. noſtrũ. Iuncta, l. Papinianus exul. ff. de minoribus. ℂ NON obſtat. c. ſignificaſti de diuort. quia Reſpondet Cardin. Zabarel. ibi illud impedimentum fuiſſe mixtum cum alia cauſa videlicet cum timore futuri ſcandali nam ꝙ vxor adulterata viro reſtituatur, periculum equidem eſt. ℂ Approbo per tex. in præcedenti capitulo ibidem, vbi non attenditur notorietas. NON Ob. glo. in c. ad decimas. de Reſt. ſpoliat. quia eã intelligo vt in proximo dixeram: & vt ſic loquatur dũ allegat. c. ſignificaſti. ℂ VNDE Aduertendum eſſe puto, ꝙ vel ſcandali futuri periculum, vel illa mixtura habẽs defectum poſſeſſionis & proprietatis, impedit inchoari poſſeſſorium Recuperande. non obſtante notorio allegato. Erit exemplum in 2. caſu ſi laicus ſpoliatus à quaſi poſſeſſione exigendi decimas reſtitui peteret. profectò non auditur. ex ratione quia talium quaſi poſſeſſio ad laicos minime pertinet. c. cauſam quæ. de præſcript. Alex hic i colũ vii. poſt Bald. & Rom. ℂ Non ob. c. conſtitutus, de filiis præsbyt. vbi iudicatur in petitorio, etiam ꝙ illi ſpoliato poſſeſſorium recuperandę competeret. Quia reſpondet Bologninus illud fuiſſe de voluntate agentis vt glo. dicit. & hoc pro condigno contrario. non debuiſſent allegari. ℂ Non ob. Aretinus ꝙ(quia in petitorio ſuccubuerim) ideo & à poſſeſſorio vt euidens calumniator ſim repellendus, quia Bologn. tollit hoc per tex. in. §. Recuperande. inſt. de interd. vbi ratio maior eſt, & calumnia euidentior, cum admittatur ad rem recuperandam quæ clareſcebat eſſe non ſua. Præterea longe maior eſt in prædone, & nihilominus admittitur vt in. c. literis de Reſt. ſpoliat. ℂ Aliter dicam conſequentiam illam ꝙ(quia dominium aduerſarii notoriũ eſt) ideo in poſſeſſorio ſim calumniator, non procedere. nam poſſibile eſt. vt alter ꝗ Dominus debeat eſſe poſſeſſor vt milies retulimus. ergo. ℂ Non ob. Ioan. de Imola dicens circuitus eſſe euitandos. l. dominus. C. de cond. ind. itaq; victus in petitorio nequeat agere in poſſeſſorio. Quia nego argumentum vbi circuitus afferret vtilitatẽ. l. ſi ita ſtipulatus à te fuero. cũ ibi not. ff de fideiuſſoribus. ℂ Declaro circuitus euitari eſt fauor actoris. d. l. dominus, & in l. 1. C. comm. de leg. in caſu vero noſtro fauor actoris eſt non euitari circuitũ, cum inchoauerit petitoriũ credens probare ſe dominum etiam ad effectũ vt poſſeſſor præſumeretur, itaq; vt facilius in poſſeſſorio poſt obtineret. ergo dicendum eſt vt eadem ratio ne qua circuitus eſt introductus in caſu hoc auferatur. arg. l. nihil naturale. ff. de reg. iur. De circuitu hic multa Claudius cumulauit num. 19. ℂ Non ob. doctrina Bart. in l. 1. in. §. ts cui ff. de nou. op. nunc. vbi qui ante operis

deſtructionem audiri nõ deberet, ſi pro-
poneret ꝙ tempore nunciationis mani-
feſtum erat nunciandi ius ſibi compe-
tere auditur. Quia reſpondendum eſſe
puto id procedere ex illa æquitate ne ci
uitas deformetur. arg. l. ii. C. de edifi-
ciis priuat. itaq; caſus eſt maximi præ-
iudicii quia publici. ſed in terminis no-
ſtris modici preiudicii iudicandus eſt
arg. l. 1. C. ſi de moment. poſſeſ. fue. ap
pell. vnde videmus ꝙ poſſeſſoriũ pro-
batur per vnum teſtem vt hic Bologn.
20 multa congerens. ¶ Defenſata modo
opinione contraria communi conclu
do non tantum præfatam d. l. ſi quis
ad ſe fundum ibi, ante omnia, per do-
minium ſicut ſupra non eſſe limitandã,
ſed neq; d. l. ſiquis in tantum. C. vnde vi,
nam exceptio dominii etiam per ſenten
tiam notoriati non impedit poſſeſſori-
um recuperande vt diximus. multo mi-
nus dicemus id impedire in terminis. d.
legis, vbi Reus excipiens quia pendente
lite vim cõmiſiſſet (vt intelligo illum
tex. in verbis ante euentum iudicialis.
Arbitrii. ſicut eſt tex. in. l ſi conſtiterit.
ff. fin. Regund.) odioſior eſt quamuis
in terminis præfate legis. non fuerit in
penã (de qua ibi perditionis dñii) con
demnatus. ¶ Non enim quia non eſt
condemnatus Reus ſi exciperet de do-
minio notorio per ſententiam audiri
meretur, vt hic dicit ang. contra Bald.
Alex. & ſequaces volentes Reum de tali
dominio excipere poſſe, vbi ſuper pena
(de qua ibi) pronunciatum non fuiſſet
per glo. ibid. in verbo. Amittam. Nam
vt puto Rectius loquutus eſt Angelus.
21 ¶ SED Cinus in l. incerti. C. de inter-
dic. cuman. hic Paul. Angel. Alex. &
communiter (vt dicit) necnõ Canon.
communiter in. c. paſtoralis de cã poſ-
ſeſ. & propr. tenuerunt contra Bart. &
eius ſequaces. Niſi ageretur pro ſpolia
tione facta poſt ſententiam abſoluto-
rie latam ſuper petitorio, de qua ſupra.
tunc enim eſſemus in terminis. l. ſi ma
ter §. eandem. de excep. Rei iudicate.

Mouentur potiſſime quia ſententia pro
dominio Rei conuenti producit noto-
rium inter eaſd. partes. c. veſtra de co-
hab. mul. & clericor. Vñ per excep. ip
ſius notorietatis, ipſe excludetur. c. ad
decimas de Reſtit. ſpol. in vi. probatur
in. c. ſignificaſti de diuortiis. ET Reſ-
pondet ad. d. l. ſiquis à te fundum. ꝙ ibi
notoriatum non ſit per ſententiam de
qua nos, vnde ceſſat ꝙ hic dixit Iaſon.
per. c. ex conqueſtione. eodem. Qui-
bus Replicat Cardinalis Florentinus in
Clem. vltima de cã, poſſe. & propriet.
in § fin. colum. per hanc notorietatem
nõ tolli poſſeſſorium ꝙ habuit ortum
priuſquã, ipſa notorietas oriretur, hoc
eſt ante latam ſententiam. nam ex facto
ſuperuenienti non tollitur ius queſitum
l. fin. ff. de Pact. ¶ FACIT ꝙ hic ponit
Claudius non caſus ſuperuenientes eſſe
attendendos. ſed primam originem ſem
per iterandam, etiam ꝙ non violenter
ſpoliati extitiſſemus. c. Reintegranda.
iii q. 1. l. ſi coloni. C. de Agric. & cen-
ſit. lib. xi. Cui vltimo dicto non oberit
ꝙ in terminis præfati. c. 1. oporteat vio
lentiam probari. Sed hic fuit actus iudi
cialis propter ꝙ videtur non eſſe in fe-
rendũ, Quia dici poſſet vt ſufficiat nos
de Antiquiori poſſeſſione eſſe probatu
ros. Quæ (priuſquã ſententia ſuper do
minio promulgaretur) ortum habuiſ-
ſet. & hæc communiter à canoniſtis fir
matur in. c. ſepe. de. Reſtit. ſpoliat.
Ad. c. ſignificaſti. reſpon. per eos vt in
Bartoli opinione ſupra diximus. ¶ Fi-
naliter tuendo communem concludo
notorietatem, de qua ſupra, ſuperueni-
entem. ideo auferre ius queſitum, quia
ſuperuenit conſenſu eius, à quo, ius il-
lud aufertur, ad ꝙ eſt Regul. damnum
ꝙ quis ſua culpa &c. eſt tex. in c. 1. eo-
dem. vt dicunt hic Imola, & Alexander
ex quo limitatur. c. Reintegranda.
¶ Vrget etiam quia textus, in. d. c. 1.
loquitur in debilioribus terminis dum
præſuponit caſum in quo non ſit ſen-
tentiatum ſed tantũmodo probatum.

¶ ERIT igitur cautela ei qui petitorio agit, vt proteſtetur Reum à ſe conuentum non debere audiri ſuper exceptione dominii ad præiudicium ſuorum iurium ſuper futuris litibus, ſimilem proteſtationẽ ponit Boerius in Deciſ. 238. NAM talis proteſtatio ſi non impediet exceptionem dominii vt ante poſuimus tamẽ remouebit actoris conſenſum vt ſic ex eo in futurum poſſeſſorio agens non impediatur ante omnia reintegrari. Qui conſenſus (etſi tacitus ſit) quia tamen eſt iudicialis, conſentienti obeſſet arg. l. De etate. ff. de interrogat. action. Hic maxime vbi actor inſtructus venire debuiſſet, iuxta. l. qui accuſare. C. de edend. ſi replicares obeſſe quo ad actitata non autem actitanda cũ ſibi conſenſum liceat reuocare arg. l. 1. C. de ſacroſanc. Eccleſ. tollitur quia cõſentiendo cognitioni allegauit ſe diffinitioni arg. l. de qua Re. ff. de Iudic. ¶ FACIVNT que dixeram in principio mei tractatus editionis, dum diſcutio qua ratione fuerit editio introducta. Faciũt quæ Iaſõ. in. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & quæ ponit Rip. Hic. Et ideo dico ꝙ in hac patientia fundatur communis opinio, non autem in illa dũtaxat ratione quia poſſeſſio penes dominum in dubio eſſe preſumatur d. l. officium. ff. de rei vend. De quo etiam videtur expreſſus tex. in. c. ad decimas de Reſt. ſpoliat. vbi tex. velle videtur ꝙ ex dominio vniuerſali vt patet ibi earum Parrochia &c. præſumptio orta vt ſupra, excludat agentem recuperande, ideo & ꝙ tanto fortius dicendum ſit hoc ex dominio particulari arg. Regule per ſpeciem de reg. iur. in vi. ¶ Nam (vt puto) Hæc ſola ratio eſſet nimis generalis ad offendendum d. l. ſiquis ad ſe fundũ. Contra ea qua infra dicam in. 8. fallen. in qua. l. ſiquis. interuenit violentia. non autem in. c. ad decimas. ¶ Non ob. c. audita de Reſtit. ſpoliat vbi litere poſteriores minime iuri quęſito nocẽt, quaſi erit reſpondere ꝙ ibi abſq; partis conſenſu impetrate fuerunt. & ibidem, præſupponitur. Ad ꝙ eſt. l. fin. ff. de pact. ¶ Vnde Retorqueo tex. d. l. fin. & erit ſecundum meum motiuum, dum dicit ꝙ pactum factum cum principali ne à ſe pecunia peteretur in eo ꝙ prodeſt fideiuſſori non tollitur per aliud pactum ab eodem, vt peteretur, cum ſemel ius fideiuſſori quæſitum ſine ſuo facto à ſe non auferatur. Nam in caſu noſtro factum ſuum interuenit hoc eſt patientia iudicialis, ergo &c. facit quod Hipol. per multa in ſingul. ſuo incip. calor iudicii. ¶ TERTIO pro cõmuni opin. moueor ex notatis per gl. magnã in. l. ſi de vi. vbi dicitur quòd (ex quocunq; genere interdicti agam) Reus de dñio ſuo incontinenti probare volẽs, auditur. propter regul. dolo facit q, petit &c. de reg. iur. i vi. fortius igitur dicemus hic, vbi pſupponimus pronunciatum eo conſentiente. VNDE reſpondeo ad. d. l. ſi quis. ne procedat, in dominio cõſenſu partis (mediante ſententia) notoriato. & hoc modo intelligo procedere quòd dicit ſpecul. in §. quoniam in 14. fallen. de petit. & poſſeſſ. ¶ Non ob quòd ex poſſeſſorio tanq̃ diuerſo, ad petitorium non inferatur, & e, contra vt in tex. noſtro. Quia dico ꝙ cum poſſeſſio penes dominum ipſius rei eſſe iura præſumant d. l. bona fides. ff. depoſiti. cum ſimil. & eſt bonus tex. in. c. cum dilectus de cauſ. poſſe. & propriet. vt dicit hic Alex. num. x. VEL addita ratione illa quia Reus cõuentus actore conſentiente dominium deduxit probauitq; ad effectum ne rem petitam vigore. l. officium. reſtituere teneretur. ideo ꝙ quia per ſententiã effectum eſt notorium vt ſupra, conſequenter ſuper reſtitutione quacunq; fienda & ſucceſſiue poſſeſſorio reintegrande, non amplius actor ipſe audietur. NAM dolo faceret petẽdo ꝙ eẽt reſtituturus, quæ. ratio procedit poſt ſententiam ſuper dñio latam. VEL tertio dicemus

eum non debere audiri ex ratione ſolius & nude cognitionis, nam quia ſuper dominio ad impediendam poſſeſſionis reſtitutionem cognoſci paſſus eſt, ideo & ſi non ſit diffinitum in petitorio, poſſeſſorium inchoare impeditur, nam cognitio trahit ad ſe diffinitionē. l. de qua re. ff. de iud. & ſic ampliatur ratio precedens. ¶ VNDE ex diuerſitate dictarum rationum diſcurro plures caſus vario modo eſſe decidendos. Primus erit
22 vbi petitorium ſimul cum poſſeſſorio ab eodem inchoarētur, & de dominio rei conuenti Actor excipi patiatur, tunc non expectato dominio per ſententiam notoriato Actor inq̄ ſibimet ipſi preiudicaſſe videtur, vt non ante omnia veniat reſtituendus, cum inficiari non poſſit quin dominii exceptio vtrunq; videlicet petitorium & poſſeſſorium tunc reſpicere videatur, arg. l. iam hoc iure. ff. vulg. & pupill. & allego deciſ. Bellemere. 416. omnino videndam, & hoc tenuit Soccin. ¶ Sed contrariū cōcludo
23 eidē reſpondendo in fallen. 57. ¶ Secundus erit vbi ſolum petitorium intentaſſet ratione puta ſolius detētationis, iuxta. d. l. officium. vel ēt poſſeſſionis. tñ anteq̄ peteret erat ſpoliatus, tūc non ſufficit ſola cognitio ſed ſententia requiritur ſuper dominio rei conuenti, vt ante omnia reintegrari actor impediatur. ¶ Quare ſi per ſententiam notoriatum eſt quàmuis ceſſet ratio prædicta ibi vel addita, &c. tñ quia ſuccedit alia ratio ſuperior ibi. l. bona fides. concluderem non eſſe ante omnia reſtituendum. cum in iſto caſu in quo actor ſuper violentia non inſtetit, non tantum rationem de qua in. d. l. ſiquis ad ſe fundum. videlicet violētię attendere debeamus, quãtum ꝙ actor ipſe ſpreuerit illa legem in. l. is. qui deſtinauerat. ff. de rei vendic. ſciens diſpoſitionem d. l. bonefidei. ꝙ præſumitur per. l. ii. ff. de iur. & fact. ignor. Propter quam aſpernationem cum ſcientia iunctam, tenerem (etiam in terminis violētię) illud quod poſuit Bellem. in deciſ. 404. poſt glo. & Innocen. in. c. cōſtitutus de filiis presbyt. & habetur in. c. ſignificaſti de diuort. iuncto cap. veſtra de cohab. mul. & cleric. Vt etiam non lata ſententia, nec facta concluſione in cauſa, fiat notorium ex ſolis probationibus admiſsis, & reſtitutio ipſa ſeu reintegratio impediatur. ¶ Et in hoc addo præfatam rationem ibi vel tertio dicemus &c. quã intelligo vt hic, niſi per aliqualem idoneam probationem, dubie rei conuēti probationes ipſe reddantur. ¶ NEC obſtaret ſi poſſent impugnari, nã ita poſſet & quælibet notorietas. c. fin. de confeſſ. l. inde netatius. ff. ad. l. aql. ſic Bellem. NON ob. quod dixit ēt Innocen. in. c. ſignificauerunt de teſtibus, videlicet tunc tantum dici ꝙ liqueat de cauſa quãdo fuerit concluſũ. Quia reſpondet Bellem. ibidem, in Deciſ. ſequēti videlicet. 405. ꝙ quo ad hoc non eſt locus impugnationi, & quod ante dicatur liquere, probat. per. ꝰ. fin autem geſtis in. l. properandum. C. de iudic. ¶ Secus ſi poſt iu-
24 dicium ceptum in petitorio fuiſſet ſpoliatus, q̄uis ante ſententiam ſuper dominio latã. quia tunc omnes prefate rationes ceſſarent. CEPTVM inquã & de dominio rei conuenti exceptum, vt dixeram. ad ꝙ. l. non poteſt. ff. de iudic. ¶ Præterea concludo in eo ꝙ dixeram actorem conſentiendo ſibimet præiudicaſſe, hoc ſolum procedere in terminis d. l. ſiquis ad ſe fundum, in quibus nõ attenditur iuſta poſſeſſio vel iniuſta ſpoliati, quominus ante omnia reſtituatur. SED tamen audiretur ſi poſſeſſionem ſuam vellet iuſtificare, hoc eſt penes ſe permanere debere. eo enim caſu ceſſat Regula dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt. &c. & eo probato reintegraretur per. c. reintegranda iii. q. 1. TALI modo intelligo procedere Regulam legis noſtræ ꝙ nihil commune habeat &c. & id ꝙ dicitur poſſibile eſſe dominium apud vnum poſſeſſionē verò apud alterum eſſe collocãdam, ſicut

diximus. Faciunt ea quæ dicam in pri
ma fallentia. ET in iſtis terminis ſalua
remus opinionem Bart. & aliorum nõ
autem in terminis d.l.ſiquis ad ſe fun-
dum. ¶VBI autem poſt petitori-
um inchoatum fuerat ſpoliatus, & eſt
25 tertius caſus cõmunẽ opin. ſequat, de
qua ſupra, in verſic. ſed Cinus &c. VEL,
dic melius, anteq̃ ſuper dominio rei pe
titorio conuenti, cognoſceretur. puto
ſi in illo medio tempore quod flueret
inter actoris petitionem & rei conuenti
exceptionem actor ipſe ſpoliatus fuiſ-
ſet, de quo poſt articuli huius examẽ. di
cam in prima fallent. ¶SED aduer-
tendum eſt, quod etiam in iſto caſu ra-
tiones ceſſare videntur. Nihilominus
dicendum eſt ꝙ ex quo. contra exce-
ptionem non replicauit de ſpolio vt pri
us reintegraretur, ſat dicitur aſpernaſſe
remedium. d.l. is qui deſtinauerat, &
cõfeſſiſſe ſicut ſupra. NON Obſt.
Claudius dicens ꝙ (quia ſententia lata
contra me in petitorio non impedit
quin poſſeſſorium retinende incipiam
vt per Bart. hic in 2. membro diſtinctio
nis) ideo quod poſſeſſorium recuperã-
de (quod priuilegiatum eſt) multo mi-
nus impediat. Quoniam, vt puto, ex p̃
dictis reſpõſum eſt, nam in poſſeſſorio
retinende, ceſſat Regula dolo facit qui
petit &c. cum non aliquid ſibi reſtitui
petat, ſed non moleſtari. ¶ET ſi in-
ſtares, ꝙ immo reſtitui petitur, puta na
turalem, propter cuius occupationem
actor dicit ſe moleſtari in ſua ciuili &
ob id retinende agit. Reſponderem a-
lio modo ꝙ Bart. hic concludens in re
tinenda ſe fundat in hoc tex. vbi nõ præ
ſuponitur aliquam ſententiam pro reo
conuento fuiſſe latam, immo ſecundũ
quoſdam ponderantes verbum cæpit.
hic nulla ſententia fuit. igitur &c. Qui-
nimmo præſuppoſito ꝙ lata ſententia
fuiſſet (vt hic voluit Bologninus p ver
bum vindicauit) nihilominus non de-
bemus concludere eo modo latam
videlicet ad Reum conuentum pertine-
re dominium. cum in dubio nõ ſit præ
ſumendum vt Reus onus tale probandi
dominium ſuſceperit, qui abſq; tali one
re veniebat abſoluendus per. l. qui accu
ſare. C. de edendo. igitur &c. arg. l. cum
de indebito. C. de probat. ¶ITEM
Bart. in ſua diſtinct. præſupponit iuſtã
poſſeſſionem eſſe penes agentem, non
caſum in quo agens ſit eã reſtituturus.
¶NON obſtant ea que ponuntur
hic per Claud. & Bolognin. ꝙ certitu-
do iuris ſpoliantis, & non iuris ſpoliati,
non eſt tanti effectus vt tollat remediũ
reintegrãde ꝙ ſumitur ex ·§· reintegran
de inſtit. de īterdic. ibi licet is ab eo &c.
addita declaratione illius gloſe. Quia
reſpõdi poſſe puto id procedere in ſim-
plicibus terminis non autem vbi actor
ſibimet ipſi præiudicauerit, patiendo
ſuper dominio rei conuenti haberi co-
gnitionem vt eſt caſus noſter. ¶Non
obſtat Iaſon. per. c. porro de Diuort.
vbi parentele notorietas non attendi-
tur ad impediendum poſſeſſorium re-
cuperande inchoari. Quia Florentini
reſpondent, illud cauſari ex defectu ſen-
tentie. Nã (vt dicunt) in tali notorie-
tate requirebatur ſententia, Sed hic præ
ſupponimus fuiſſe ſententiatum, igitur,
&c. Item illa notorietas nõ fuit cauſata
ex conſenſu partiũ ſicut hic ergo. &c.
¶NON Obſtant Florent. ſubdentes
ſententiam latã in petitorio debere pro
bari in poſſeſſorio vt operetur ſecundũ
Bart. hic in prima, & ſecũda queſt. dum
loquitur de interdicto adipiſcende per
l. cum antea in final. verbis. C. de arbit.
& ideo ꝙ agens recuperande cõtra Re
um de ſententia ſua excipientem poſſit
replicare, non eſſe audiendum attenta
Regula illa ꝙ ante omnia ſpoliatus eſt
reſtituendus. ¶Quia puto aptam eſſe
reſponſionem ꝙ Bart. præſupponit tri
bunalia & iudicia diuerſa, vt ſumitur ex
l. q̃ allegat, nos hic non diuerſa vt pa-
tet in. d. c. & in. c. ad decimas in lib. vi.
ideo hic non eſt opus noua productio-
ne de qua in. d. l. cum antea. ſed ſola

ſufficit verbalis de qua in.l.ii.C.de edendo.igitur &c. ¶ Aduertendum eſt quia ſecundum hoc nimis reſtringerentur ea quæ dicentur in fallen.17.vnde concludo ꝙ quia non reintegraretur niſi probato ſpolio vt.d.l.ſi quis.cum ſimul.imputãdum eſt ipſi Reo ſi interim nõ produxerit inſtrumentum ſententie in diuerſo tribunali late ſeu cõfeſſionis quã productionem illo tẽpore iudex admittere debet,arg. eorum que per Ianfred. in Deciſ.408. non autem aliud genus probationis.

26 SED anteq̃ primam ex predicta communi concluſione fallentiam declaremus, Aduertendum eſt quia Regula.d.l.ſi quis ad ſe fundũ C.ad.l.Iuliam vi.habens ſe ꝙ ſpoliati vel vi deiecti ante omnia(videlicet anteq̃ ſpoliatores in aliquo. audiãtur) ſunt reſtituendi,& dicitur in.l.1.C.ſi per cũ vel alio modo,ibi ſine vlla cunctatione reſtituant.& in.c.1.vbi glo. prima. declarat,vt in.C.literas,& in.c. item cum cum quis.vbi Abb.De Reſtitu.ſpoliat. alias eodem. habet rationem illam quia ſpoliator ſemper deliquit,nõ reſtituendo rem . vnde oportet purgare delictũ anteq̃ audiatur.ſecũd.Bald.in cõſil.84. in primo volum. ¶ V E L illam quam ponunt Lucas de Penna in. l. ſi coloni. C.de agric.& cenſ.lib.x.& Abb. in.d.c. 1.videlicet odiũ ſpoliatoris, vt ſic propter id priuilegietur interdictum reſtituende vt dicit Boeri.in deciſ.238.in 2 lib . ¶ Sed aduerte ꝙ odium deſcendit ex delicto vnde prædicta ratio erit rationis ex qua etiam Regula ſubſtãtiatur. ¶ D V M modo ipſi ſpoliati probent requiſita,hoc eſt poſſeſſionem ſuam fuiſſe tempore ſpolii,& ipſã ſpoliationẽ. vt in.l. 1.in.§.reſtiſſime.ff. de vi. & vi. Arm.vbi Bart.Alberic.& Doct.canon. in.c.conſultationibus de offitio delegati in.c.olim cauſam De reſtitu.ſpoliat. ¶ In beneficialibus vero,& prophanis habentibus cauſam proprietatis admixtã, requiritur probatio iuris vel ſaltim color tituli vt dicemus in fallen.4. & 22. I T E M ꝙ vere perdiderit poſſeſſionẽ vt Albericus ibidem.ET ꝙ eo die(quo poſſidebant) ſpoliati fuerunt. ſecund. Innocen.in.c. qualiter & quãdo de Accuſat. Quem ſequitur Angel.Aretin.in .§. quadrupli inſti . De action . dicens de hoc eſſe apertum textum.in d.l.1.ff. da vi. & vi Arm.in.§.interdictum.in dictione.tunc. que dictio tẽporis extremitatem importat.vt habetur in . l. iiii.ff. de cond.& demonſt.& ſequitur Franciſcus Curtius in conſil.70. Necnon Boerius in præfata Deciſ. ¶ S E D Aduerto ꝙ Innocen. nõ facit mentionem de die prout inducitur per iſtos,ſed ſimpliciter dicit de tempore. ¶ Item loquitur de deiectione itaq; violento ſpolio & expulſiuo,ſicut etiã loquitur text.in. d.§.interdictũ,& patet ex ſui rubr. arg. l.Imperatores.ff.de in diem,adiect.nihilominus eſt dare ſpolium ſine violentia expulſiua vt patet in.d.c.reintegranda iii.q. 1.iunctis declarationibus infra ponend.in.iii.fallent. ET concluſio noſtra videtur habere locum tam in ſpolio non violento ,q̃ in violento. vt patet in.l. 1.C. ſi per vim vel alio modo. I verbis.vel alio modo.poſitis in Rubr. vel melius me iudeas in fallent.51. ¶ Q V A D E R E Dicendum putarem ꝙ ſi loqueremur in non violento,probationes ſpoliati nimium coarctarentur. Contra vulg. Regulam De qua Bald.in auct.qui ſemel.C. de probat.in 1.colum.& in.l.quoniã vbi Bar. C . de heret . ex quo nunquam pene per eum probari poſſet quod eodẽ die poſſidebat quo ſpoliatus extitiſſet.& ex hoc via aperiretur procurandi ſpolia contra.l.conuenire.C.de pact.dotal.& d.l.meminerint,cum de facili ſpoliarẽt ea die qua deeſſent circũſtantes . ¶ Nec non ſecundum hoc illa Regula quæ ſe habet ꝙ poſſeſſio recentior preſumitur vitioſa de qua glo.& Doct.in.l.ſi de eo. in.§.fin.l.eodem,fruſtratoria pene redderetur

deretur vt ſpolium preſumptū (de quo
dicam in xx.ampliat) vano conſiderare
tur. ¶ Vnde puto concludendū ꝙ in
non violento ſpolio neceſſe nō ſit pro-
bare tempus ſpoliationis.& in violento
ꝙ ſufficiat probare de eodem menſe
hoc eſt ꝙ ſpoliatus eodem menſe quo
fuit ſpoliatus habuerit poſſeſſionem,cū
violentum ſit delictum & magis punien
dum.vt patet in. d. l.ſiquis ad ſe fundū
dixi in.d.fall. vnde probationes ſiēt vt
l.libellorum.ff.de accuſat. Hoc modo
nō aliter intelligerem.d.§.interdictum.
Nam in remedio recuperande nō eſt ne
ceſſe probare tempus ſpoliationis,quia
non infamat. ſecus eſt in interdicto vn-
de vi,dicit afflict.in Deciſ. 250. ¶ Ne-
que mirū eſt pro quo allego glo.inſtit.
de verb. oblig. in verb. confectim.vbi
doct. Nec obſt.d.l.iiii.quia dictio. tūc.
importat extremitatē.hoc eſt non ante
ex ratione (credo) quia verba legantis
ante verificari non poſſent. ITEM ibi
fauetur grauato hic ſpoliato. Vnde cō-
cludamus, ꝙ dictio. tunc. ſummenda
ſit cum temperamento, propter dictas
rationes vt in ſimili dicitur & notatur
per glo.inſtit.de verb.oblig. de verbo
confectim, & hoc modo obſeruarē q̄c-
quid aliter domini mei dixerint.

17 EX quibus dictis capitur pri-
ma fallētia ad Regulā. d.l.
ſi quis ad ſe fundum.C.ad.
l.Iuliā de vi habētem ſe ſpo
liatum ante omnia eſſe re-
ſtituendum, ꝙ non procedat vbi Reus
poſſeſſorio conuentus (excludendo a-
ctorem) excipiat de dominio ſuo. Su-
per quo ſententia daretur. nam tūc per
ſententiam dicitur eſſe dominium noto
riatum.& actor excipi de dominio paſ-
ſus ſibimet preiudicauit. Cum debuiſſet
replicare,non eſſe Reum ſuper domi-
nio audiendum priusq̄ reſtituta ſibi res
fuiſſet ex priuilegio.d.l.ſi quis in odiū
ſpolii.ceſſaret enim tunc ratio (que eſt
conſenſus) iſtius fallentie. Que etiam
ceſſat vbi ſpolium poſt talem ſententiā
commiſſum eſſet,vt per Ioh.an.in.c.pa
ſtoralis.in penul. col. de cauſa poſſeſſ.
& propriet. Cyn.in.l. incerti.C. de in-
terdic. Innoc.& omnes.in.c.dilectus.di
cto.titulo.Cuman.& Paul. de Caſtro.
Alex.poſt Bar.& cōmuniter. doc. hic.
¶ Ex ratione (vt dicit Ripa) quia ſpo
liatus & poſt ſententiam dominium ac-
quirere potuiſſet. Clariorem dat Ale-
xan.quia ſentētia nequit claudere.Cau-
ſam ſpoliationis que tunc nata nō erat.
Sequor nunc iſtam & ab illa recedo,
quia dominium præſumitur non reuo-
catum vt dicit Iaſon.in.l. de euictione.
in.§.in pecunia.de legat.primo. necnō
ſecundum Ripe rationem,ſequeretur ꝙ
ſpoliatus ante petitorium a, ſe ceptum
(vbi victus in ipſo petitorio eſſet & vel-
let ante omnia reintegrari) per domi-
nii exceptionem non excluderetur,
cum illo medio tempore dominium al
teri queri potuiſſet. Quod falſum com
muniter dicunt igitur &c. ¶ Quo ad ra
tionem Alexandri dico non eſſe ſenten
tiam que impediat reſtitutionē de quā
ſupra,ſed conſenſus actoris, vt diximus
ex patientia iudiciali.ad tex.in.l.de eta-
te.in.§.q tacuit.ff. de interrog. action.
pro quo induco Bal.in.d.l.incerti. Di-
centem ꝙ ſententia lata in poſſeſſorio
non per modum excluſiui dominii, nō
præiudicat in petitorio. vult igitur ſe-
cus eſſe vbi per modum excluſiuum. iti
dem dicamus hic.paſſus eſt cognoſci ſu
per dominio per modum excluſiuū poſ
ſeſſionis, Pati etiam debebit ſuper eo-
dē diffiniti.per.l. de qua re.ff. de Iudic.
¶ Mea hec opinio (ni fallor) magnū
operatur effectum de quo dicam in am-
pliat.43.& eſſe concludendum puto ꝙ
etiam ſi ſpoliatio commiſſa eſſet ante
ſententiam dummodo poſt ceptam ſu-
per dominio cognitionē,exceptio (nō
dicam dominii cum ad huc non fuerit
declaratum, & quādo declaratum fata-
lia poſſeſſorii (de quibus in.d.l.ſi quis.
ibi ante omnia) tranſiuerunt) ſed co-
gnitionis ſuper dominio minus habeat

impedire quominus ante omnia reſtituatur.vt ſupra. ¶ Secus in ſpolio commiſſo antequã ſuper dominio cognoſci cepiſſet. Eſſet enim tunc exceptio(vt puto) præiudicialis. Induco tex. in.l. fundum.& in.l.ſed ſi ante. ff. de except. vnde poſt petitorium(vt ſupra) ceptũ ſpoliatori agenti vt ante omnia &c.obſtaret.neq; aliter fallentie locum darẽ. q̃uis doctores indiſtincte concludant. ¶ Exemplum primi caſus erit. hoc eſt ſpolii ante cognitionem. Actor (cum crederetur dominus)poſſidebat per ſeruum vel per procuratorẽ. Qui rem puta pignoraſſet. vel alio modo detentationem nudã contuliſſet. ¶ Nam ſi dñs ipſe contra detentorem petitorio ageret iuxta.l. officium.ff.de rei vẽdic. Detentor vero ſe dominum eſſe diceret, Atq; pendente iudicio ipſe actor ſpoliaretur,timẽs forſitan ſe poſſe repelli, vel propter minas alterius q̃ aduerſarii (nã tunc attentaretur) vel etiam(cum accederet) nõ admiſſus poſſeſſionem animo deſeruiſſet. Iuxta ea , que habentur in.l.clã poſſidere in.§.qui ad nundinas .i.eodem, non eſſet imputandus. Cur videlicet prius poſſeſſorio non egiſſet, vel cur ſuper dominio excipi paſſus eẽt, vnde ante omnia reintegraretur. ¶ Hec procedunt in terminis. d.l. ſi quis. ibi. ante omnia. Sed diuerſum dicemus in terminis.c.reintegranda.iii.q.prima,vt communiter intelligitur, tunc non ante omnia petitur. Sed ſimpliciter petitur,quo caſu neq; cognitio, minus diffinitio poſſet poſſeſſorio obſtare. Si actor poſſeſſionem penes ſe eſſe collocãdam oſtenderãt. Poſſibile enim eſt dominium vnius poſſeſſionem vero alterius eſſe,argumento noſtri textus. I.

28 QVE Noſtra fallentia procedit etiam in terminis. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Nam (vt hic Ripa dicit) actor ſpoliatus dum proponit petitorium, ius omne ſuum deducere videtur. Iuxta.l. & an eandem.in.§. actiones.ff.de except.rei iudic. Qua de re concludo ꝙ ſi contra Reum de dominio excipientem,nõ replicauerit id ſibi amiſſum ex.d.l.ſi quis in tãtam(q̃uis ex poſt facto) ſibimet omiſſio ſua præiudicauit.vt ſic ne dum petens ante omnia reintegrari non obſtante dominio pro parte conuenti declarato,nõ ſit audiendus (minime loquor in terminis. c.reintegrãde.de quibus ſupra) ſed nec aliquo pacto ſuper dominio ſibi iure queſito ex.d.l.ſi quis in tantã.Hæc procedunt vt communiter ea lex. interpretatur. ¶ Sed prout eam intelligo in ſpolio commiſſo pendente lite. per verba ibi.ante euentum iudicialis arbitrii. nõ videtur adaptari vt actor omne ius ſuũ deduxiſſe viſus ſit. Do textum in.l.non poteſt videri.ff.de iudic. Oporteret igitur ſecundum hunc vel ponere caſum, in ſpoliato non poſt iudicium ceptum ſeu litis conteſtationem ſed ante,tamen poſt petitorium inchoatum. quod etiã ſuccederet dũ fierent præparatoria per ea que recentiores in rubrica.C.de edendo. ¶ Verum videor nimis reſtringere d.l.ſi quis in tantam.Sed tamen hec pono conſiderando conuentum ipſum extitiſſe ſpoliatorem.Poſſet etiam in actore verificari qui (non expectato fine litis a, ſe in petitorio mote) eundem ipſum Reum poſſidẽtem ſpoliaſſet. ¶ Ex quibus inferam ꝙ ſi Reus conuentus cõtra petitorem (de quo ſupra) ſuũ dominium eſſe dicẽs, poſtea eundem actorem ſpoliet. q̃uis ante poſſeſſorium ab actore ceptum,ſuper ipſo dominio conuenti pronunciatum ſit, Non tamen actori ſpoliato agenti exceptio notoriti dominii obſtaret. Si replicaret actor id Reum amiſiſſe vigore. d.legis.nã ſententia ſuper dominio non reſpexit ſpoliationem que poſt litem conteſtatam (ſaltim largho modo) ſuper dominio Rei conuenti accidiſſet. Argumento d. l.non poteſt.ff.de Iudic. ET Quãuis ſententia lata eſſet poſt ſpoliationem (Qui caſus magis cõuenit præfate legi

Si quis.vt eam intellexi tamē retro trahitur ad petitorium ac ſi ante lata eſſet. d.l.non poteſt.ff.de iudic. ℂ Neq; obſtaret actori Regula.Dolo facit qui petit quod eſt reſtituturus.in lib.vi.Quia dicemus actorem nō eſſe reſtituturum, ſaltim ꝙ conſtare incipiat eum non eſſe reſtituturum ſtante pena præfate legis. in.l.ſi quis.in tantam.

29 II.

REGVLA.d.l.ſi quis ad ſe fundum fallit vbi dominus non vi ſed clam ſpoliaſſet. Dynus in Regula qui ad agendum in lib.6. Bal. hic. Ang.in.l.ſi quis emptionis.§.ſed hæc ſuper illis.C.de præſcript.xxx.annorū. Volunt enim iſto caſu agentem repelli a,conuento de ſuo dominio excipiēte. per tex.in.l.ſi de eo.in.§.fin.eodē.vbi traditum eſt quem in ſua re dici nō poſſe Clandeſtinum poſſeſſorem, aduerto ꝙ non præſupponimus dominium inter partes notoriatum, ſed ſimplicē dominii exceptionem. ℂ Contra præfatos Imola Alex.& communiter nouiſſ. Maxime tranſierunt.per tex.in.l. ſi coloni.C.de agric.& cenſit.lib.xi.vbi aufugerat colonus qui(& ſi non vitioſe ad manus prætendentis ſe eſſe dominum perueniſſet nihilominus (priuſquam ſup dominio diſcutiatur)bonefidei poſſeſſori reſtituendus eſt. Quod propterea Ioh.an.in.c.primo.de reſt.ſpoliat. Innoc.Butrius Abbas in.c.in literis.d. titulo.tenent. ℂ OPINIO prima ſaluatur.vbi poſſeſſorio reſtituende agens iam vacantem poſſeſſionem dimiſiſſet, ita Socin.in.l.rem que nobis. eodem. Ita interpretatus legem finalē. in verbo ignorantia.C.vnde vi. ℂ Saluatur ſecundo ſi clandeſtinæ (abſq; tamē vitio) ad ipſum dominum perueniſſet, Atq; actor reintegrari ſimpliciter petēs nil clandiſtinitatis profiteretur. Eo.n. caſu quia dominus potior eſt reiiceret agentem. Arg.l.Bonefidei.ff.depoſiti.&.l.iii.C.de edict. diui Adriani tollen. ℂ Sed videtur contrariari Socinus dicens poſſeſſionem rei conuenti tanq̄ poſteriorem debere preſumi Clandeſtinam.vt per glo.Bart. & doct. in. l.ſi de eo.in.§.fin.eodem. Reſponderē id procedere vbi Clādeſtinitas allegaretur nō præſuppoſito dominio rei conuenti de quo ſupra,per quod præſumptio clandeſtinitatis purgata remanſit. vt dicūt. Sed incōtinenti dominiū probari oportet vt euitetur contrarium. d. ſi coloni, ℂ Quia tamen ille textus loquitur indiſtincte non attento an ex interuallo vel incontinenti &c.puto addendum vt dominus probare teneatur. ꝙ ſine vitio poſſeſſionem fuerit adeptus.(puta)quia vacantem poſſeſſionem ſue rei ſit ingreſſus. Quod probat. l.fin.C.vnde vi. ibi ridiculū &c. ℂ Vel quia ſpoliū ignorās cum titulo colorato ſaltim poſſeſſionē a,tertio habuiſſet. vt habetur per glo. Bar.& Alberic. in.l.cum a,te ff.de vi & vi arm.& per corn.in conſil.56. in litera.3.in vol. 2.nā tunc præſumpta clandeſtinitas (de qua Socin.) nihil operaretur. & ſi allegata fuiſſet. ℂ Nec obſtat.d.l.ſi de eo. in.§.fin. vbi abſq; eo quod hæc requirētur, ſufficit illa ratio. ne dominus videatur clam poſſidere. Quia dici poſſet procedere reſpectu delict.videlicet ne incidat in penam. d.l.ſi quis in tātam.vbi glo.omnis enim cauſa (& ſi minima ſit) a, delicto excuſat. Alex.in conſil. 127.in 4.vol.cum allegatis. ℂ ITEM Aduerto ꝙ lex. in.l. ſi coloni præſupponit bonefidei poſſeſſorem reintegrari, nos vero indiſtincte (q̄uis malefidei ſit) vt ante omnia reſtituatur ſiue reintegretur. Finaliter concludo ꝙ exceptio dominii incontinenti probandi operetur, non obſtante ꝙ vitioſe ad manus domini perueniſſet. Dicit Ioh.an.contra Inno. Refert & ſequitur Abbas.in.c.olim. num. 23. eodem.ſic puto loqui.d.§.fin. ℂ Niſi prius bona fides illius (qui petit reintegrari) probata ſit. vt in. d. l. ſi coloni. ℂ Neq; etiam tūc ſufficeret bona fides,

vbi ex aduerſo probaretur poſſeſſionē
vacātem ab aduerſario fuiſſe dimiſſam.
Vel ꝙ aliter bona fide (vt ſupra) ad do-
minum perueniſſet, vel etiam ſi mala fi-
de in transferendo cum poſſeſſoris trāſ-
ferēdis conſenſu. vt. 1. in fallen. 67. hoc
modo cum Baldo & Dino tranſibo, re-
mota. d. l. ſi coloni vbi hæc minime re-
30 quiruntur. ¶ Vlterius infero ꝙ in ter-
minis iſtius fallentiæ, prædo ſpoliatus
ab eo qui ſtatim ſe eſſe dominum oſten
dat, nunquam reſtituēdus ſit. Dolus. n.
cum dolo, Culpa cum culpa compenſa
tur. vt per eundem Ioh. an. vbi ſupra.
¶ Quam opin. Baldi ſubſtineo in ter-
minis. d. l. ſi quis ad ſe fundum. Non au
tem vbi ſpoliatus (non obſtante ꝙ al-
ter dominus eſſet) onus aſſumat probā-
di ſuam debere eſſe poſſeſſionem. tunc
enim eſſemus in terminis. c. reintegran-
31 da. iii. q. prima. prout communiter in-
telligitur. Et habetur per Alex. in. con-
ſil. 6. in. 3. vol. Quāuis aliter ſit meus
intellectus de quo dicam infra. Non n.
in. d. c. ponuntur verba ante omnia. de
quibus tex. in. d. l. ſi quis ad ſe fundum.
neq; illa de quibus in. d. l. ſi coloni. ibi
celeri reformatione. que faciūt in peti-
torio differri. ¶ MODO Examen
32 d. Canonis reintegrāde ſe nobis offert.
Doctores inter ſe longe variarunt vt re-
tulit Iaſon in. l. rem que nobis, eodem
& Abbas in. c. cum ad ſedem. eodē nu.
25. Cōmunis eius intellectus eſt vt de-
tur cōtra quēlibet poſſeſſorem. quāuis
non vitioſum ſed ignorantem alicu-
ius ſpoliationis vt per glo. in. d. c. & in.
c. ſepe. titulo noſtro. hoſtiens. Butrius
Ioh. de Lignano Abbas & omnes. in. d.
c. cum ad ſedem poſt Bar. in. l. fin. C. de
furtis. & in. l. Rem que nobis eodem. &
in. l. ſi coloni. C. de agric. & cenſitis. li-
bro xi. Lapus in allegat. 52. dicit ſic pra
tichari. ¶ OBSTAT tex. in. d. c. cū
ad ſedem. vbi non datur interdictum vn
de vi contra eum qui non probetur de-
iecisse, neq; deiici mandaſſe, minus deie
ctionem ratam habuiſſe) Itaq; nō ſit re-
ſtitutio. & conſequenter concludendū
eſſe videtur, vt Canon reintegranda. nō
detur contra quēlibet poſſeſſorem. Si
enim competeret, ſequeretur fruſtra fu
iſſe poſterius factum. c. cum ad ſedem.
Abbas reſpondere conatur ꝙ in. c. cū
ad ſedem. termini ſint vbi libellaſſet
interdictum vnde. vi. dicas ꝙ non pro-
pterea papa reſtitutionem denegaſſet.
ſtante. d. c. reintegranda. ibi. per violen
tiam &c. ¶ OBSTAT Secundo. c.
ſepe. non diuerſe vt ſupra arguendo, nā
& id poſt. c. reintegrāda. fabricatū fuit.
vano enim in eodem ſtatutum fuiſſet vt
ſucceſſor in vitium violenti, pari modo
vt violentus ipſe reſtituere teneatur. te-
nebatur enim, ex. c. reintegranda. Si lo-
quitur indictincte vt volūt. vnde vt hæc
euitentur, concludere opus eſt vt nō ita
indiſtincte loquatur. ¶ Sed Calderinus
& Ioh. de Lignano aliter euitabant. ꝙ
in genere tamen pro rebus eccleſiaſticis
& clericorum tantum. & ſatis illi i textui
conſonat. ¶ Butrius ꝙ immo. & laico
rum. & in foro ciuili propter periculū
anime euitandum. quod ſequitur Alex.
in conſil. 6. vol. 3. Angel. in cōſil. 151.
Rom. in. l. rem que nobis. & Apoſtillæ
ad Abbatem. in. c. cum ad ſedem. ¶ Vl-
terius dicam ꝙ quāuis daretur pro re-
bus tantum eccleſiaſticis non tamen re-
moueri cōtrarium d. dicto. c. ſepe. & c.
cum ad ſedem. ¶ Aliter mihi vr̄ poſ-
ſe concludi, ꝙ quāuis loquatur in gene-
re vt communiter voluerunt, tamē eius
diſpoſitio ſit in diuerſis terminis ab illis
præfatorum capitulorum. Sui enim ter
mini ſunt (dum loquitur de rebus pro-
fanis quas Epiſcopus velit recuperare)
vt eidem agenti nō ſufficiat probatio ſo
lius poſſeſſionis. niſi etiam dominiū ea-
rundem ſuum eſſe probet. vt pondero.
ibi ſuas res. Et ibi. Eccleſiæ ſuæ. Cuius
genetiui natura dominium eſſe oſtēdit.
vt per omnes in rubrica. ff. de nou. ope-
ris. nunciat. ¶ Sed in præfatis capitulis
illud additum vt ſolam ſufficiat probaſ-
ſe poſſeſſionem, dummodo antiquiorē.

vt ſic dicatur ſpoliũ re ipſa vt alias dictũ
eſt. Qnod re ipſa dicitur, niſi ſecundus
poſſeſſor bonafide ſub tituli colore poſ
ſeſſionem adeptus probaretur. Vnde
ammodo intelligo textum in.c.reinte
granda. ꝙ velit vt (probato dominio
rerum Epiſcopi vel Eccleſiæ) non cure
tur de bona fide poſſidentis. vt ſic rein-
tegranda ſine omnia Epiſcopis ſpolia-
tis. non attento ꝙ bona ipſa nunc non
apud ſpoliantem (itaq; nõ ſit ſpolium
re ipſa) ſed alterum bona fide poſſiden
tem eſſe reperiantur. & forſitan cum ti-
tulo. nam remedium d. Canonis datur
contra titulo poſſidentẽ. vt dicũt Inno-
cen.in.c.ſepe. Caldar.in.c.cum ad ſedẽ
& communiter in eiſdem locis omnes.
¶ Abſq; eo igitur vt vendicẽtur vult eis
eſſe reſtituenda. Abſq; eo etiam ꝙ eo-
rum anteriorem probent poſſeſſionẽ.
dummodo dominium probẽt. ¶ Hoc
vltimum meum verbũ ẽ contra textũ.
ibi. ſpoliatis, & ibi vi eiectis. Niſi intelli
geres. hoc eſt aſſertis. vt in ſimili expo-
nitur per glo.in.d.l.ſi quis ad ſe fundũ
in verbo. Intulit. hoc eſt intuliſſe dici-
tur. ¶ Hoc modo ſaluarem Bartolum
in.l.rem que nobis. Contra quẽ tenue-
runt ibidem Alex. Iaſon. num. 19. & in
plurimis conſiliis necnõ Caſſiador. in.
deciſ. 7. ſub rubrica. de reſtit. ſpoliat. di
cens communem opinionem eſſe cõtra
Bartolum tamen rem eſſe dubiã. ¶ Cer
te ſi communis opin. ſtaret non viderẽ
euitari poſſe fruſtatoriam diſpoſitionẽ
præfatorum capitulorum. Item nõ vi-
derem quomodo ille textus ad res pro-
fanas extenderetur propter periculum
animę vt ſupra. nam & probato domi-
nio Eccleſiæ non propterea poſſidens
bona fide cum titulo eſt in peccato poſ
ſet enim cogitare ipſam rem tranſiſſe
per plures manus necnon inſtrumenta
fuiſſe deperdita igr̃ &c. ¶ STANTE
33 opinione communi queritur an reme-
dium Canonis in foro & rebus laicorũ
exerceatur. Abbas.in.d.c. cum ad ſedẽ.
videtur velle affirmatiuam. vt euitetur
periculum animę. dico poſſe hoc reſpe-
ctu rerum tolerari. non autem reſpectu
fori. pertinet enim ad Eccleſiaſticũ oc-
currere animabus. c. nouit. de Iudic. cũ
vulgar. Ratio igitur ipſa trahit exerci-
tium diſpoſitionis. Vnde adeundus eſt
eccleſiaſticus ab eo qui illo remedio vti
velit. Laicus vero Iudex non ex Cano-
ne illo, ſed ex officio ſuo forte reſtitu-
tionem fieri faciet vt dicit Bart. in.d.l.ſi
coloni. ex ratione quia quod de meo
ad te peruenit equum eſt mihi reſtitui
ne locupleteris cum iactura mea per.l.
ſi me & ticiũ. ff. ſi cert. petatur. & ita for
taſſe concordarentur opiniones diuer-
ſe de quibus Alex. in conſil. 91. num. 2.
in fine numeri. vol. v. ¶ Et Cõcludo id
(quod dicit Imola in. d.c. cum ad ſedẽ.
ꝙ communiter ſeruatur in praticha vt
remedium. d. Canonis detur laicis pro
rebus profanis) nõ aliter verum eſſe pu-
to q̃ ſi Iudex Eccleſiaſticus adeatur per
ſuperiora. ¶ Nihilominus attendendũ
eſt ꝙ ſi ratio Bartoli dicta per. l. ſi me
& ticium. Sic ſimpliciter vt per eũ ſum-
pta, vera eſſet. nunquam illa Regula ꝙ
in pari cauſa melior eſt conditio poſſi-
dentis (de qua. iſdem ibidem Bar. & in.
l. rem que nobis. eodem. & Angel. in. l.
ſiue autẽ. ff. de public. Paul. de Caſtro.
in. l. ii. C. de furtis per Alex. in cõſil. 94.
vol. 5.) locum ſibi vendicaret. ¶ Ad. l.
ſi me. & titium reſponderem. ꝙ in illo
caſu. pecunie mee ad te peruenerũt mei
voluntate. Iunta tui voluntate ſuper pe
cuniis reſtituendis quãuis error fuerit
in perſonam. poteſt igitur illa ratio ibi
dem operari. Nec a, regula illa ꝙ me-
lior conditio poſſidentis &c. lederetur.
¶ Secus in terminis noſtris. non. n. ap-
paret vt poſseſſio penes te ſit illo animo
vt alichui eãdem reſtituere tenearis. qua
de re. d. Regule locus erit, Et cõſequen-
ter concludo ne vllo pacto in ſimplici-
bus terminis anterioris & poſterioris
poſseſſionis (nulla preſuppoſita vi ſe-
cundi poſseſsoris) Iudex laicus pro re-
ſtitutione ſe intromittere poſſit. Item.

l. triticaria loquitur in violenter eiecto vt patet. in. l. 2. ibidem. ſimiliter in. l. ſi coloni. Qui caſus differt a, nr̃o. Igr̃ &c.

34 III.

FALLIT vbi non expulſiue neq; ablatiue quis poſſeſſione priuetur puta ſi metu deterritus eam reliq̄ſſet quã alter ingrederetur. nam ſi ante omnia reſtitui vellet exceptione dominii per conuentum propoſita excluderetur. Bal. Imol. Alex. hic & Canon. in. c. primo. de reſtit. ſpoliat. ¶ Sed Claudius in repetitione hic aduerſatur. per tex. in. l. Medicus. ff. de variis & extraord. cognit. Vbi compulſus a, Iudice metu ammittendorum oculorum eidem ſuas contulit poſſeſſiones. nihilominus non obſtante dominio in medicum tranſlato (de quo forſan exciperetur) ad ipſas reintegratur & inducunt nouiſſ. textum in. l. fin. §. fin. ff. ꝙ metus cauſa iungendo rubricam. vbi cõpulſus a, Iudice metu mulctarum nõ repetit ſolutum ſi id deberi probaretur. ¶ Secus in expulſiua vel ablatiua. puta Iudex mitteret exequutores ad quem de poſſeſſione expellendum, eſſet enim tunc reſtituendus. vt hic Ripa. per. l. meminerint. C. vnde vi. Anchar. in conſil. 112. videtur &c. ¶ Opinarer ſuper hoc nõ differre compulſiuam ad expulſiua, cum equiparentur. In. c. ii. &. iii. eodẽ. ideſt. de reſtit. ſpoliat. & I. c. ſuper hoc. de renunciat. ¶ Ad tex. in. d. c. §. fin. dico ꝙ loquitur in metu commiſſo per Iudicem, non alterum ex litigantibus. Nam factum Iudicis tunc demum cenſetur partis, cum rite ac recte proceſſiſſet. eſt dictum Baldi. in conſil. 61. vol. 2. refert Crauett. in conſil. 5. in principio ¶ Vel rñde ꝙ loquitur vbi ſtatim conſtet pecuniam eſſe debitam, pro qua fuit exequutum, patet in verbo. ibi profecerunt. Vnde caſus eſt ſimilis ad caſum in quo dominium inter eaſdem partes notoriatũ extitiſſet. quo caſu ante omnia reſtituitur vt diximus in prima fallentia. ¶ Pro hac reſponſione facit Regula dolo facit. Que etiam magis facit in. d. §. finali quanto ꝙ non impeditur per regulam noſtri. §. nihil commune &c. ¶ Non obſtat. ꝙ coacta voluntas eſt voluntas. vt hic Ripa per tex. in. l. mulier. in. §. final. ff. ꝙ metus cauſa. vnde vt eidem exceptio dominii magis obſtet q̃ violento, quoniam Bar dicit rationem hanc non eſſe curandam in poſſeſſorio recuperãde dixit in l. penult. ff. de condit. ob turpem cauſam. Miror Alexandrũ non aduertiſſe ad verba Bartoli & Baldi. in. d. l. penul. Dicũt per ſolutionem purghari metum, ſi ex interuallo poſt metum interueniſſet. volunt igitur ꝙ vbi incontinenti, voluntas nõ dicatur libera ſed facta propter eundem Metũ. Infero ex his melius eſſe poſſeſſoriũ reintegrande inchoare q̃ actionem ꝙ Metus cauſa. ¶ Minus obſtabunt ea quẽ Azo in ſumma. C. ꝙ Metus cauſa. ex qua etiam regitur Corſettus. in ſua fallentia 32. ſuo ſuo titulo de poteſtate Regia videlicet ꝙ in vi cõpulſiua datur remediũ, ꝙ Metus cã cõpetens illi ſoli cuius interſit, vt in ſuis titulis. ff. &. C. contra quem dominiũ exceptio obſtat ex ratione quia ſua non intereſt reſtitui ſibi, cum eandem domino vendicãti reſtituere teneretur per. d. regulam. dolo facit. Qm̃ reſpõſionem puto, argumentum procedere ſi euidenter cõſtaret poſſeſſionem apud ſpoliatum eſſe permanſuram. vt dictum eſt in fallen. 2. dum reſpõſum eſt ad. §. fin. ff. ꝙ metus cauſa. Sed vbi hoc nõ eſſet clarificatum Regula noſtri. §. obſtaret. ideſt non inferendum eſſe de dominio ad poſſeſſionem. Propterea licitum non ſibi fuit compellere quem ad dimittendam poſſeſſionem, vt facilius eundẽ (ingrediendo) ſpoliare valeret. facit rubric. C. ne quis in cauſa propria. Et id quod infra dicam de voluntate coacta. ¶ Addo. l. interpoſitas. C. de tranſact. vbi Bonus eſt textus. Et in auc. ſacramẽta puberum. C. ſi aduerſus vẽdit. ibi per

vim autem vel iuſtum metũ. equiperan-
tur. ℭ ET hoc modo reſpondebo
ad Veron. in conſil. 19. ciuilium. dum
in poſſeſſorio recuperande vult cõpul-
ſiuam (vt eſt quando quis fideiuſſorem
de non recedendo a, loco dedit) ab ex-
35 pulſiua. Vel ſaluando eum dicas id nõ
proueniſſe ex Metu quod caderet in vi-
rum conſtantem. ℭ VLTIMO lo-
co fallentiam ſaluandam putarem, vbi
compellens ipſam poſſeſſionem non in
grederetur. Nã ſi Meticuloſus ante om
nia reintegrari vellet, contra Metum in
ferentem ſimulq; de ſuo dominio exci-
pientem, atq; poſſeſſorio adipiſcẽde in-
ſtantem, audiri (vt puto) non deberet.
Nota iſtum caſum. ac vide que in am-
pliat. 54. dicam. ℭ Poſtremo aduerto
ꝙ ſi Metu non ſimpliciter poſſeſſionẽ
a, ſe abdicaſſet vt noſtra fallentia ſe ha-
bet. Sed, iuri ſuo ſiue dominio renun-
ciaſſet, facerem differentiam inter pro-
fana & beneficialia vt dicã in fallen. 14.
ℭ Quia tamẽ dubium poſſet oriri, cur
in profanis relinquenti Metu poſſeſſio-
nem exceptio dicta non obſtet, tamen
obſit ei qui Metu renunciaſſet iuri vt
in eadem fallentia poſui, ſolutionẽ hãc
aſſignarem ꝙ renunciando quis aper-
tam voluntatem profert vnde tunc Re-
gula ſuccedit ꝙ coacta voluntas &c. Iũ-
cto quia natura Meticuloſi actus nõ eſt
vt pariat nullitatẽ vt in titulis ſuis. ff. &.
C. niſi ratione particulari fieret vt eſt in
beneficialibus propter periculum pec-
cati. ſed relinquendo poſſeſſionem non
eſt aperta voluntas. quo caſu regula di-
cta non ſuccedit & per hec cõcludo do-
minii exceptionem nihil obſtare. facit
in ſimili dictum id maius eſſe delictum
in committendo q̄ in omittẽdo. vt per
plura Alciatus. in. § Cato. l. eandem de
verborum oblig. num. 4. ℭ Que autẽ
in hac fallen. dixi ante omnia reſtituen
dum Intellexi ab eo qui Metum intule
rit. ab alio vero nõ. ſed ſolum per. c. re
integranda. ſi tñ in vitium nõ ſucceſſit.

IIII.

36 FALLIT in poſſeſſorio
tangente cauſam proprie-
tatis. per tex. in. §. quedã.
inſtit. de interdic. vt ẽ qua-
ſi poſſeſſorio iurium in-
corporalium. de qua. in. l. §. hoc autem
. ff. de itinere actuq; priuato. Et in. l. fin.
cum ibi notatis. ff. quemad. ſeruitus am
mittatur. Pro exemplo non alibi que-
ram q̄ in antiquis Rota. xi. deciſ. ℭ Sed
aduerto ꝙ in terminis. d. §. volebat refi
cere iter. quo hoc ãno nõ vi, minus clã
deſtine, vſus erat. prout in. l. iii. §. ait p̃-
tor. ff de itinere actuq; priuat. per vim
tamen a, domino fuit expulſus. Et petẽs
reintegrari ad eius refectionem non au-
ditur (hoc erit exemplum huius fallen-
tie) niſi de ſuo iure probet. Quod fieri
vix credam, quia expellens erat & domi
nus fundi atq; in preſumpta poſſeſſione
libertatis. Pro quo do illum ſimilẽ tex-
tum in. c. ad decimas. eodẽ. in. vi. Qua
de re dicere poſſumus ad. d. §. ꝙ mani-
feſtum erat expellentis ius, prout in. d.
c. expreſſum eſt. vnde illud ſolũ puto
quod operetur id quod alias dicitur, de
poſſeſſorio quod habet cãm proprieta-
tis admixtã, hoc eſt vt expediri nõ poſ-
ſit niſi cauſa proprietatis, vel quaſi pro-
bata. non autem aliud hoc eſt ꝙ ea pro
bata quis in terminis. d. §. nõ reintegre-
tur. Quinimmo & ea non probata re-
ſtituendus eſt. vbi ius expellentis non ſit
manifeſtum. ℭ Vel hoc modo conclu
de, ꝙ fallit ſi manifeſtum ſit ius expellẽ-
tis Nam tunc expulſus non ante omnia
reſtituẽdus eſt. cum prius oporteat pro
baſſe ius quaſi proprietatis. d. §. ſecus
vbi poſſeſſoriũ cauſam proprietatis ad-
mixtam non haberet. nam tunc & ſi ma
nifeſtum eſſet ius ſeu dominium expel-
lentis, nõ tamen impediet quin ante om
nia ſpoliatus reintegretur. exceptis be-
neficialibus & ſpiritualibus de quibus in
c. in literis. per Abbatem. num. 18. & ni-
ſi eaſdem partes (vt in prima fallen. di-
ximus) notoriatũ per ſententiã fuiſſet,

V.

37 FALLIT vbi reſtitutio abſque preiudicio irreparabili vix fieret. tunc enim (vt id euitetur) minime fiéda eſt. ſi ſpoliator id incontinenti probet. Super quo iudicis arbitrium erit habetur per Abb. in.c. literas. in penul. notabili. eodem vbi tex. glo. & doctores. in textu dicitur ꝙ ſi mulier ſe in caſu prohibito vxoratam probare in promptu velit, non eſt maritus ad carnalem copulam reſtituendus. Quia tali caſu preiudiciũ irreparabile eſſet. ¶ Vnde infert hic Alexan. ad dictum Pauli de Caſtro. in. l. ii. C. de edicto diui Adriani tollen. ꝙ petens ſe ad fortilitium reintegrari, a Reo de ſuo dominio excipiente incontinentiq; probante, minus erit audiendus. Cum poſtea fortiliciũ difficillime recuperationis eſſet. Idem Iaſõ in. d. l. Socin. in conſil. 87. viſa inueſtituta. col. finali. Alexandrinus cõſil. 13. num. 17. Ruinus. in cõſil. 43. num. 14. vol. 3 & in conſil 37. in. 4. vol. volens idem eẽ vbi proprietatis cauſa ſalua nõ remaneret. ¶ IN his tamen aduerto videri nimiam reſtrictionem ad. d. l. ſi qs ad ſe fundum. cum ſimil. indiſtincte loquentibus. vt in ſimili dicit Alex. in conſil. 91. in vol. primo odium enim violentie quod eſt fundamentum ipſius regule, recuperationi difficili preponendum eſt, cum vim inferre minime debuiſſet. Violentibus enim nunquam iura ſubueniunt, immo reſiſtunt. vt in titul. ff. ꝙ vi aut clam. & l. meminerint. C. vnde vi. cum vulg. Item ex dicto Pauli occaſio delinquendi preberetur, quia domini videntes res ſuas ab aliis poſſideri violenter occuparent contra. d. ll.

¶ Non obſtat quod Alexãder dixit. nõ enim de caſu diſſicultatis ad irreparabile preiudicium inferendum eſt. In iſtis terminis intelligo. c. non debet. xi. q. 3. c. non inferenda. 23. q. prima. ¶ Neq; Angelus obſtat. Quia dico ꝙ in allegato textu ſecundus poſſeſſor alias monaſterium de quo in. c. ex parte. eodem alias. de reſtit. ſpoliat. nullam violentiam commiſit non igitur ibi mirum eſt ſi nõ ante omnia &c. Item illud etiam particulari fit ratione videlicet ne religio cõtemnatur ſeu ridicula fiat commutãdo modo iſtum modo habitum illum pro qua reſponſione do poſita per Federic. de Senis. in conſil. 173. ¶ Vltimo loco fallent iam hanc reſtringendam eſſe puto ad caſum neceſſitatis. Ex ratiõn potius quia neceſſitas non habet legem. vulgata. l. prima. de officio cõſulis q̃ per textum in prefato. c. Nam recte intuendo nunquam in eiuſdem terminis fuerat in poſſeſſione carnalis copule, quãuis in quaſi poſſeſſione matrimonii fuiſſet. vnde non conuenit id dicere ꝙ quo ad carnalem copulam reintegrande poſſeſorio ibi agatur. argumento. l. decem. de verb obligat. cum ſimil.

¶ REDEVNDO aliud exemplum fallentie illud ſit, vbi de viri maxima ſeuitia timeretur, non enim tunc vxor ſibi reſtituitur. Caſus eſt in. c. ex trãſmiſſa. eodem. vbi omnes. Et ponit Abbas quid inde fiet, apud quem ipſa collocabitur, & quid petens hãc reſtitutionem probare debebit, videbitur etiam caſus in. c. literas. in ſecunda. reſponſ. eodem. vbi Abbas in vltimo notabili ponit eſſe in arbitrio iudicantis que maxima ſeuitia dici mereatur. ¶ ALIVD eſt vbi vir ipſam vxorem capitali odio proſequeretur, vt dicit Innoc. in. c. ex cõqueſtion. eodem. Addas regulam. l. prime. C. quando liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vindic. non enim tunc reſtituetur (quãuis odium id propter vxoris adulteriũ prouenilſet) vt volunt per tex. cum gl. in. c. de Benedicto. 32. q. prima. Sic Abbas. in. c. literas. num. 23. vbi ad num. 7. dicit iſtas eſſe cauſas ſeparandi matrimonium quo ad thorum. Sic afflictio quandoq; additur afflicto. ¶ His caſibus exceptis mulier viro reſtituenda eſt ſaltim quo ad alia ſeruitia q̃ carnis copulationem quo vltimo caſu quando ſienda ſit queue cautio preſtanda. ponit Abbas.

Abbas.in.c.ex parte.num. 25. vbi etiã de reſtitutioñ mulieris quam animo cõ trahendi nuptias ea ſciente ac patiente cognouiſſet. ℂ Que reſtitutio vltra a⸗ lias reperitur priuilegiata, quia fiet etiã ꝙ coniuges ad inuicem ſe ſeparaſſent animo vt poſſeſſio inter ſe nulla eſſet. nam & ſi poſſeſſio ſolo animo perda⸗ tur .vt.in.l.ſi quis vi.in.§.differentia ti⸗ tulo noſtro,non tamen hec. quin ad in uicem vel ſaltim vnus alteram vel e,con uerſo repetere poſſit.ponit Abbas.in.c. literas.num.9.ℂ CREDEVNDO ad fortilicium itaq; caſum difficultatis.ob ſeruarem vt iudex ad ſe poſſeſſionem a⸗ uocet vt ſic difficultates de quibus Cur⸗ tius Iunior. in conſil.67.vol.19.ceſſet ſuper quo etiam aduerto ꝙ parum diſ⸗ ferre exiſtimarem an actor ſiue reus ſub potenti iudice ſint de quo Boerius in de ciſ.138. cum melius ſit futuris vt ſupra ſcandalis obuiare. argumento. d.l.C. quando liceat &c. ℂ Hec procedunt ni ſi qui vellet reintegrari, offerret idonee velle cauere de reſtituendo.ſi pro domi nii Rei conuenti iudicaretur. Abbas in c.veniens. ſecundo de teſtibus.quẽ Boe tius in prefata deciſione.colum. penul. ℂ Item vt puto procedit niſi que de do minio excepiſſet de ſpolio anteriori (ꝗ uis & interuallo commiſſo) oſtendere incontinenti paratus eſſet. & ꝙ ab hoc eodem ſpoliatus fuerat. hoc idem puto voluiſſe Alexandrinum in conſil.dicto. num.17.in verbis. ibi. Quia Claudius loquitur in eo qui ſpoliauit & nunquã fuerat ſpoliatus. & ibi anteceſſores ſpo⸗ liati quo caſu mihi videtur eſſe limitan dam.regulam illam ꝙ vim propulſare tantum incontinenti licet. de qua in.l. vt vim.ff.de inſtit. & iur. cum ſimil. & vulgatur atq; opinionem Pauli de Ca⸗ ſtro ſequar & ſi non eſſet difficilis recu⸗ perationis. Videndus ſum in. fallen.9. 13. & 49.

VI.

38 VALLIT vbi reſtitutio an tequã ſuper dominii excep⸗ tioñ diſceptaretur,ſiue ma⸗ gno ſcãdalo fieri nequiret, Nam tunc non ante omnia fiet. Butrius in.c.ex parte. col. fin. eo⸗ dem. Ripa hic fallẽtia ſua 9.per Felyn. in.c.nihil cum ſcandalo.in 6.fallen.de preſcript. ℂ In qua vt minus Regula.d. l.ſi quis ad ſe fundum. offendatur. iux⸗ xta.l. precipimus.in fin. C. de appellat. Et ne ſpoliator ex delicto commodum reportet, ita dicã. ꝙ & ſi reſtitutio fien⸗ da nõ ſit vt ſcandalum euitetur vt dixi. tamen ꝙ neq; ſpoliator ipſe poſſeſſio⸗ nis commodum ſit habiturus. ſed ean⸗ dem iudex ad ſe auocare teneatur, niſi taliter eſſet iudex impotẽs, quo caſu ſal lentiam obſeruare neceſſe eſſet. Puta vbi inter magnates & potentes ſcandali timor eẽt vt loquitur ſpecul.de cã poſſ. & propriet.in.§.primo.in verſic. illud.

VII.

39 VALLIT vbi ſpoliatus a⸗ gens contra exceptionem dominii a, Reo propoſi⸗ tam,non incontinenti re⸗ plicaſſet. hoc eſt ſi ad ali⸗ quod quãuis minimum, pro exceptio⸗ ne iuſtificanda procedi conſenſiſſet. ar⸗ gumento.l.cum oſtendimus. ff.de fide iuſ.tutor.eo.n.caſu quãuis ſententia la ta non ſit,quia lis pendeat, non erit lo⸗ cus Regule noſtre. Probatur in.c.pri⸗ mo.eodem.ibi. eo conſentiente. vt hic Ripa dicit.num.72. ℂ Preiudicium ex eo oriri declaro quia (non replicãdo) cõſenſit exceptioni ipſius conuenti(qua tenus probaretur) vt apud eum poſſeſ ſeſſio collocanda ſit,ſiue firmanda. Iux ta Regulam.l.bonefidei.ff. depoſiti. ℂ Quod tamen limito in cauſa appel⸗ lationis vt dicam in ampliat.46.& etiã pro hoc vide fallen.proximam.

VIII.

D

33

40 FALLIT vbi contra ſpoliatum iuris preſumptio iugeret. non enim tunc ante omnia &c.c.ad decimas.de reſtit.ſpoliat.in.6. Aduerſatur tamē Ripa hic ex ratiō̄ qa ſecundum hoc nūquam predo reſtitueretur, quod falſum eſt. per.l. primam ꝟ· ſiue a,me.ff.de vi.& vi arm. Iſdem ſaluando reſpondet intelligi hic vbi nedum preſumptio ſpoliati iniuſtam poſſeſſionem oſtendat, ſed etiam iuſtificet illam ſpoliatoris.vt loquitur ·d.c.ad decimas.

¶ Affirmo quia ſi illud eſt in præſumtiō̄ orta ex iure vniuerſali, vt ibi. eorum parrochia conſtitutis. fortius dicetur in proueniente ex iure particulari, quod eſt dominium. argumento Regule generi per ſpeciem in.lib.6.cum quo in dubio poſſeſſio coniungenda eſt.d.l· bonefidei. ¶ P R O. Quorum declaratione primo poſſet opponi ꝙ ſecūdum hoc ſemper qui notorium dominiū allegat (cum dominium pariat preſumptionem vt ſupra) poſſeſſorio obſtaret.cōtra ea,que.ſupra ī prima fallē.diximus, niſi exceptioni dominii conſenſiſſet vt ibi. Preterea vbi conſenſiſſet & ſuper dominio cognitum eſſet.. noſtra fallentia non procederet. Nam (eo ſtante) cum poſſeſſorium reintegrande ſit ſemel per dominium excluſum, non amplius inchoari valeret obſtante re iudicata. per que videtur contra concluſionem abſolute dici poſſe. niſi eius reſtrictio fieret ad ſpiritualia vt loquitur. d.c.vel ſaltim ad ea duntaxat profana que in quaſi poſſeſſione alicuius iuris puta ſeruitutis in aliena re conſtitute,conſiſtunt. nam hec ſpiritualibus aſſimilantur. Si enim non patiaris me ire agere per fundum tuum ſeu ex eo ducere aquam prout hactenus conſueueram eo ipſo dicor a, te ſpoliari: vt in ampliat. 59.per glo.in c. vnico.de foro competen.in.6. Propter quod reintegrari ſi poſtulem, per vtile interdictum vnde vi. vt dicā in ampliat. 31. Exceptio dominii per ſententiā obtenti quāuis non ad effectum excluſiuū poſſeſſionis,minus inter eaſdem partes notoriati,mihi obeſſet. ¶ Vnde cōcludimus hanc fallentiam verificari in omnibus poſſeſſionis habentibus cām proprietatis admixtam de quibus in·ꝟ·quedā inſtit.de interdic.& ſupra. in quarta fallen.& in 22. Ceterū cū ſit dñs tanto fortius obiicere poteſt quo ad te liberas edes habeo, vt loquitur Innoc. in.c. in literis.vbi Abbas.num.9.per.l.loci. in·ꝟ·competit.ff.ſi ſeruit. vendic. Et ſic declaro mentem gloſe. in.d.c.ad decimas,ibi. Proprietas igitur pro Reo probata ipſum in poſſeſſiō̄ defendat.

¶ Ad regulam.l.extat.ff. ꝙ metus cauſa. Et rubr.C.ne quis in cauſa propria. Arguendo a,fortiori. Reſpondere rerū ſupradictarum ſiue iurium veram poſſeſſionem ſine titulo haberi non poſſe. vt in fallē. 12.& in 22.& dicemus per Abbatē in.c.ex tranſmiſſa.eodē. ꝙ nō tantum in ea factum inſpicitur quantū ius. Ideo non poſſeſſio ſimpliciter ſed quaſi poſſeſſio denominetur. Et concludenter ſi non poſſidebat minus dici potuit ſpoliatus. vulgata. l. decem. de verb. oblig. poſuimus in declaratiō̄ Regule necnon in fallen. 16. Vltra induco textum.in.l.prima·ꝟ·cū ꝗ.ff.de vi & vi armat. vnde potius concludendum eſt ꝙ dominus illum non ſpolietur ſed libertatis iure ſuo vtatur neminiq; iniurietur. Argumētō.l.gracchus.ff.de adult. l. non videtur. ff. de Reg. iur. Ita contraria ceſſent.

VIIII.

FALLIT vbi dominii exceptio per tertium non habentem cauſam a. ſpoliato. re in mediū deduceretur.
41 tunc enim nō ante omnia &c.Salyc.in.d.l. ſi quis ad ſe fundū. per l.bonafides.ff. depoſiti Butrius Abbas & doctores in.c. in literis. eodem lapus in alleg. 25. Rota in nouis. 149. qa ratio militans contra violentum,nō operatur in tertium.d.l.bonafides,vbi Bar. Alex.& Ripa hic vltimo loco dicens ꝙ

vbi per tertium ad reſtitutionem impediendam opponatur,tunc ſi id vtile etiã eſſet ſpoliatori (puta ratiõ iuris connexi)fallentia non procedat. Alias ſic.argumento notatorũ in.l.1.ff. de autor.pſtan.Et aliter loquitur ꝙ aut ſpoliũ ratione communionis tertio prodeſt, vera non ſit.Ne violentis via paretur.contra.l.conuenire.ff.de pact.dotal. aut nõ prodeſt, & procedit. ℂ ADVERTO ad primum quia non reſtituere eſt gaudere,vnde ſemper ſpoliatori prodeſſe videtur. Niſi vel dicas tertium non ſimpliciter de non reſtituendo inſtare, ſed ſibi rõne ſui iuris eãdem cõſignari. Iuxta.l. officiũ &.l.qui reſtituere.ff.de rei vẽdic. ℂ Vel adipiſcẽde interdicto.vel pro ſua ciuili tuẽda vti poſſidetis interdicto agat ſi poſſeſſorii viã eligere velit. ℂ Quibus caſibus exceptis reſtitutio nõ ĩpedietur. Etiã ꝙ per viã attentatoꝝ petita nõ fuiſſet.de quo.Abbas. in.c. bone de appellat. Quicq̃d Abbas in.c.veniens. de teſtibus.vbi Felyn.& ambo in c. Itẽ cũ quis. de reſtit.ſpoliat.alias eodẽ. ℂ Quorum fundamentis per Ripam hic relatis hoc ſolo verbo reſponde. ꝙ ex reſtitutione Ablate poſſeſſionis nõ excluditur tertii fauor.pro vt in.l.2.C.de in ius vocã.neque tertio ꝑiudicatur.Dic niſi ex ipſa reſtitutione durior aduerſarius eidem conſtitueretur iuxta.l.primam. C. ne liceat potent.vt alibi dicit Abbas in.c.1.eodẽ. num.6,in fine.quo etiam caſu vix auditur tertius,cũ prima facie durior ſe oñdat qui ſpoliauit.argumento. regule ſemel malus.in 6. ℂ Et cõcludamus cum falleia vbi durior &c.vt ſupra.Et vbi tertius cũ dñio ſuo &c. et vti poſſidetis aut interdicto adipiſcende vtatur. ℂ Quibus caſibus etiam ꝙ impedimentum reſtitutionis contineret ſpoliantis vtilitatem puta ratione iuris connexi (non tamen principaliter) nihilominus fallentia ob ſeruarem.argumento.c.ſacris.de ſepult. Neq; aliter procedere puto opinionem Cyni & Baldi.in.l.ſi quis.C.locati.Guidonis Pape in conſil. 176. Corſeti. de poteſtate Regia in fallen. 71. Felyn in. c.primo de preſcript. Nec non Boerii in deciſ. 238.quãuis indiſtincte loquantur. ℂ Atq; iſtis in caſibus ſaluo opin. Abbatis.in.d.c.in literis.in fine qnam ſequitur Corſetus. in ſua fallen. 38. per tex.in.l.ſi communem.ff.quemad. Seruit.amit.& per.l.argẽtarius in.§.cogentur.ff.de edendo.Que iura (vt puto) parum faciunt. ℂ Vnde pro ſecundo fallentie exemplo tranſibo contra Ripam in primo ſuo dicto.non autẽ in ſecundo cum hoc vtriuſq; principaliter vtilitatẽ, & ex communione prouenientem contineat. Item & principaliter eque venit quando tertius ſit ſucceſſor ſpoliatoris. ad.§.cogentur.in.l.argentarius.ff.de edem. ℂ Quibus de commnnione minus obſtabit, id quod Abbas vltimo loco dixit.in.c.in literis.eodem. Arguens ne propter malũ bonus puniatur. & quod Corſetus vbi ſupra. Quoniam reſponſio ſit,illud locũ vendicare vbi clareſceret poſſeſſionem penes ipſum tertium eſſe permãſuram. hoc modo habetur in. d.c.ſacris.ſed in terminis noſtris hec certitudo ceſſat,cum poſſibile ſit penes alterum q̃ dominum eſſe poſſeſſionem collocandam.argumento.noſtri.§.merito &c.Quam tamen opinionem in fiſco.limito infra.in fallen.63. ℂ IN CASV tamen opinor tertium de ſuo dominio ſimpliciter excipientem impediturum reſtitutionem. Vbi puta incontinenti ſe probaturum offerat ſe ab iſto (qui nunc reintegrande poſſeſſorio agit) ſpoliatũ ab eadẽ re extitiſſe. Nam tunc vt circuitus euitetur per.l.dominus. ff. de cõdit. ob turp.cauſam. Vtq; lites dirimantur. c.finem litibus de dolo & contum. Concludendum eſſe puto ne reſtitutio fiat. ℂ Et minus huic tertio q̃ fuerat primo loco ſpoliatus,ſi & quando vltimus ſpoliatus ſe eſſe dominum docere vellet, & ſi non incontinenti offerat,ſed erit queſtio dominiorũ. In qua potior qui erit & poſſeſſionẽ obtinebit. per. d. l.bonefidei.ff.depoſ.ad quod facit ꝙ alias dicu

D ii

tur poſſeſſorium poſſe cōfortari & corroborari titulo tam ex parte ſpoliati q̃ ſpoliantis. Zabbar. in conſil. 114. Decius in conſil. 57. Guido Pape in deciſ. 71. ℂ Pro qua mea concluſione Addo Caſſiador. in deciſ. 9. num. 12. dicentem ꝙ cauſa commiſſa in petitorio, videtur cōmiſſa in poſſeſſorio. quāuis non e, cōtra. per glo. ii. in. c. paſtoralis eodem. ℂ Sed ſi vltimus ſpolians de dominio ſuo non excepiſſet tertius primo loco ſpoliatus reſtituetur. per. c. reintegranda. vt communiter intelligitur. Non dicas per. d. l. ſi quis ad ſe fundum. cum ſimil. volentibus ꝙ ante omnia &c. Cum vltimuus ſpoliās nullo modo cōtra prius ſpoliatum deliquiſſet quod delictum in. d. l. rationem facit. ad quod induco Rotam in nouiſ. 428. X.

42 FAllit vbi ſpoliantis exceptio talis eſſet, q̃ neceſſario cōcludat ſpoliatū poſſidere non poſſe. Bal. hic. in. l. ii. C. de edict. diui Adrian. tollen. Angel. ibidem & hic Alex. exemplum vbi ſpoliatus beneficio vel alio iure ſpirituali diceretur laicus. q ſpiritualia poſſidere non poteſt. c. cām. de ṕſcript. ℂ Exceptis. decimis. de q̄bus bene francus in. c. ad decimas. eodē. in. 6. neq; de his niſi de titulo edoceret vt per Abbatem in. c. ex parte. eodē. num. 19. ſi modo ſuper his non autem ſuper ſolis fructibus ageret vt ſaluat ibidem Bal. de Bartolin. ℂ ALIVD exēplū erit vbi contra agentem ad reſtitutionem vxoris opponatur ꝙ ſacerdos ſit ſiue monachus. Abbas in. c. ex parte. col. finali eodem. Dicens exceptionē hanc eſſe anormalā & ad petitorium & poſſeſſorium opponi poſſe. dummodo notoria ſit. Ad quod Rota in antiquis. 370. & ad merita, nec nō ad proceſſum, vt ibidem. ℂ Qui ſeqtur ꝙ exceptio ſpecialis reſeruationis beneficii (ex quo reſeruatio apoſtolica inficit titulum & poſſeſſionē. c. ſi eo tempore. de elect. lib. 6. Rota in nouis. deciſ. 16. in antiquis deciſ 7. per Innoc. in. c. vt noſtrū de appellat. num. 7. 56. 371. 475. lapus in allegat. 24.) et ꝙ ſpoliatus titulo colorato ſuam poſſeſſionem iuſtificaret (vt in iſtis beneficialibus & ſpiritualibus opus eſt. per Innoc. in. c. conſtitutus. de filiis presbyter. per Rotam in antiquis. 678. Dicam in fallen. 21.) nihilominus impediet reſtitutionem. vt communiter hic dicunt. Quā opinionem Ripa hic defendit ab Aretino. Vide omnino Rotam. 474. & que dicam in fallen. 38. ℂ Addo ꝙ in beneficialibus poſſeſſorium dr̃ cauſam proprietatis habere admixtam. Geminianus in. c. ad decimas. Que mixtura id operatur vt in eis ſemper fallentia procedat. Etiam ſi minime exciperetur ꝙ laicus ſit, vnde in his fallentia inepta reddatur. ℂ In ſe tñ eſt vera, quāuis exempla ipſa parum couenire dicātur. cum excipiendo ꝙ ſit laicus, vel monachus, non ſit illa dominii alteriusve iuris de quo diſceptatur, ſed inhabilitatis agēdi. Que in quacunq; iudiciali petitione litis etiā ingreſſum impedit. vt illa tu es ſeruus. ad. l. ꝙ attinet. ff. de regul. iur. Que ſimili modo hic. ℂ Niſi nomine dñi poſſidens ſpoliaretur eodemq; nomine & is ſeruus in iudicio audiretur reintegrareturq;. Simili modo monachus. Dicit Abbas in. c. ex parte num. 21. eodem. vnde infero ad aliam fallen. ideſt. XI.

43 FAllit in ſpoliato excommunicato, qui ab agēdo reiicitur. glo. in. c. primo. in verbo audiētiam 23. diſtinct. Abbas in. c a, nobis. de except. Quiue nouum ius nunciare nō poteſt. Naq; demolitorium interdictum inchoare. ad hoc ē. c. intelleximus. de iudic. ℂ Quod de maiori non autem de minori excommunicatiōn intelligendum ē. doct. in. c. primo. de reſcript. in. 6. Et incontinenti probanda vt in fallen. 18 Dum nō conſtaret iniuſtę fuiſſe excommunicatum ſiue ſuſpēſum. Specul. de poſſeſſ. & petit. in. §. quoniam. in fallen. 21. ℂ Nam neq; procedit vbi

excommunicatus ageret vt ad commu-
nionem hominum (a , qua per excom-
municationis ſententiam eiectus extitiſ-
ſet) reſtitui deberet.d. Antonius • in.c.
cum inter in col.7.de except.Itē vbi ex-
municatus propter ſpoliū actus ſibi per-
miſſos exercere non impediretur Abbas
in.d.c.intelleximus colum.3.℄ Neq; in
telligi vr̄ vbi ſpolians eſſet de fuga ſuſpe
ctus,Abb.in.d.c.cum inter.colum . 5 .
Quod notat hic Ripa pro extenſione
textus in.l.ait pretor.in·§·ſi debitorem
ff.de his que in fraudē credit.℄ Vel vbi
ageret ad reſtitutionem vxoris Abbas
in.c.finali colum.5.de ordiū cognit. &
in.c.literis.vbi late.eodem . Quod limi-
to in fallen.55. Verūtamen hec reſtitu-
tio magis officio iudicis expeditur ſpe-
cul.de poſſeſſ.& petit·§·quoniā.in verſ.
quid ſi vir.℄ Vel niſi ageret pro reſtitu-
tione tenute aduerſario conceſſe vigore
primi decreti.Fely.in.d.c. intelleximus.
col.ii.per Alex.in.l.de pupillo . in ·§· ſi
procurator.ff.de noui operis.℄ Neque
hec fallentia procedit vbi excommuni-
catus ſpoliaretur lite pendente propter
quod attentatorum remedio vti vellet .
Rota in antiquis.deciſ.13.℄ EX HIS
ad hereticum infertur qui nihil poſſide-
re poteſt.c.1.&.2.23.q.7. Abbas.in.d.
c.ex parte.num.19.parum poſt princi-
pium numeri.Et in.c.itē cū quis num.5.
cum ſequen.eodem . vbi de exceptioni-
bus iſtis detrahentibus iuri.agendi plu-
ra ſimilia ponit.Sed in hoc prefate decla
rationes minime conuenirent cum ex
cōmunicato deteſtabilior ſit nec ad vxo
ris reſtitutionem admittetur.c. inter.de
purgatiō canon. c. quanto de diuort.
℄ INFERTVR Etiam ex iſtis ad
alias doctorum fallentias quas ſub hanc
vndecima comprehendam ideſt ad aſſaſ
ſinos & ſimiles criminoſos. Qui ob cri-
mina poſſeſſiō priuādi eſſent , habetur
44 in.d.c.item. ℄ Sic dicunt in Simoniaco
ſpoliato.c.tanta.c.accuſatū . de ſimon.
glo.in.c.primo. eodē titulo de Simon .
Item in tiranno ,fortius Antipapa ſpo-
liatis.hec enim crimina & alia(quorum
quedam vel inhabilitēt perſonam ad iu-
diciū vel ad agendū ſiue ad poſſidendū)
ipſo iure reſtitutionem impediunt. Se-
cus vbi non ipſo iure. Sed per ſentētiam
ob crimen poſſeſſiō priuādus veniret:
Innoc.in.c.inter dilectos . de ordiū co-
gnit.Compoſtell.in.c.ꝙ ſicut . de elect .
℄ In aliis autem criminoſis non inhabi
litatis ad poſſidendum, quantūcunq; cri
mina ipſa inficerēt proprietatem , & no-
toria ſint,exceptio talium criminum op
poſita per ſpoliatorem , reſtitutionem
non impediret.In profanis. Secus vero
in bñficialibus vt dicunt.Ita doc.℄ Sed
Abbas contra per caſum in.c.inter dile-
ctos.iūcta glo.de exceſ. prelatorum vbi
Archidiac.& per textum indiſtincte lo-
quentem.in.d.c.Item cum quis. Et per
c.ſin.de ordin.cognit.volens non differ
re a,profanis. Atq; ſubdens tāto minus
admittendam exceptionem vbi notoria
non eſſent ſed tantum manifeſta.de quo
rum differentia ponit ibidem apoſtilla.
℄ Vbi ēt dicit ꝙ iudex ex officio extra
illam inſtantiam (ſi eſt notorium facti
permanentis , itaq; inficiari non poſſit
neq; probatio aut ſolemnitas proceſſus
requiratur.Iuxta. c. euidentia . de accu-
ſat.cum ſimil .) reſtitutionem fieri non
faciet.Cum incontinenti priuandus ve-
niat,& circuitus euitādus eſt.vulg. l.do-
minus. ff.de condit.& demonſtr. Itaque
concludit hunc eſſe proprium caſum.c.
ad petitionem.iuncta glo. ibi,reſtituen-
dus. ff. de accuſat. ℄ ADVERTO
dum Abbas vult non differre ā,profanis
&c. Immo contrarium vbi peccatum ,
&c.vt dicam in ſequen.fallen . Exemplū
vbi crimen occaſione talis poſſeſſionis
beneficii committeretur, ſeu cum eiuſdē
commoditate , non propterea per hec
intelligas ꝙ ſpoliās ſit, poſſeſſionem re-
tenturus.Dicam in fallen. 16 . in verſic.
accedat &c nam reſtitutio cum peccato
fienda non eſt.c.literas. eodem. Et ideo
dicit Abbas in . d . c . Item cum quis .
num.x.ꝙ quāuis exceptio non ſit noto-

.ria neq; manifeſta conſequenter nō ad-
mittēda,& ſi famoſa ſit, tamē ſi talis eēt
que ipſo facto beneficii priuationem in-
duceret, atq; Reus excipiens vellet eam
incontinenti probare iuſq; ſibi compe-
tere, ex iudicis officio amittetur.
¶ ET procedunt hec in iudice eccleſia-
ſtico,cuius & non alterius peccatorum
iuriſditio eſt.c.nouit.de iudic. Laicus
enim iudex peccati rationem non atten
dit.Sed illam Abbatis.in.d.c.Item.dicē-
tis ꝙ quantumcunque ſit crimen verum
& notorium, reſtitutionem minus im-
pediat. Nam aduerſarius remanet in
ſuo iure. Cum exceptio non priuati-
uum ſed ſolum expulſiuum effectum o-
peretur. vt probatur in. c.ii. de or-
dine cognit. facit quod Abbas.in.c.
literis.eodem num.xi. XII.

45 FAllit vbi ſi reſtitutio fieret,
reſultaret peccatum. pro-
pter ꝙ Abbas in.c.in lite-
ris.eodem. num.28. dicit
ꝙ quanuis exceptio ſolum
concernens defectum proprietatis in be
neficialibus notoria non ſit, minus in-
continenti probari offeratur, nihilomi-
nus eſſet(reintegrari quem ante omnia)
impeditura. Ex ratione quia ſi vera eſt
reſtitutio non fieret abſq; peccato nam
daretur vitioſus ingreſſus.contra.c.du-
dum.ii.de elect.¶ Redeundo ad fallen-
tiam & exemplum ſi ſpoliatus agat ad re
ſtitutionem vxoris excipientis de con-
ſanguinitate vel affinitate. c. literas vbi
glo.&.c.1.eodem. ¶ Quod procedit
in gradu prohibito iure diuino vbi Pa-
pa diſpenſare non valet. Secus poſitiuo
vt hic Ripa.Subdēs ꝙ alia ratione tunc
exceptio obſtaret, quia cauſa matri-
monii habet cauſam proprietatis admi-
xtam.l.1.ff.de liber.homine exhib. Vn
de antequam reſtituatur titulum matri-
monii (ſi id negaretur) probare habet.
¶ Pulchrior vē illa quam ponit Abbas
in.c.ex tranſmiſſa. ꝙ poſſeſſio perſone
libere ſine titulo haberi non poſſit. An
autem & carnalem copulam probari ſit
opus remitto me ad eundē.in.c.ex par
te.& ad Felyn.in.c.cauſam. vltimo de
probat.Subdentes in dictis locis ꝙ qñq;
titulo & copula probatis, plures excep
tiones contra agentem ad reſtitutionē
vxoris proponuntur de quibus in fallen.
52. Quia tamē in cauſa matrimonii ſpe
ciali ratione procedunt, neq; reſpiciunt
impedimētum generalis noſtre conclu-
ſionis habētis ſe ſpoliatum ante omnia
eſſe reſtituēdum. Remitto ad.c.literas.
eodem.c.ſignificaſti de diuort.¶ SED
vnum non pretermittam ꝙ vbi excipe-
ret vt in dictis exemplis dixi,neceſſe non
haberet probare ꝙ incontinentī &c.nam
& ſi non incontinenti, tamen impedit.
Attento ꝙ cauſam proprietatis habet
admixtam. Vnde ſpoliationem pro-
baſſe non ſufficiet.vt in fallen.22.Secus
vbi non admixtam &c. nam excipiens
de peccato incontinenti probare habet.
hoc modo reſtringho ea que Corſettus,
in ſua fallent. 36. XIII.

46 FAllit in ſpoliato in Bello
qui poſt initam pacem in-
ter Duces belli reintegrari
ſeu reſtitui peteret. Pro-
prietatis enim exceptio tūc
obſtaret. vt Bald. in titulo. de pace
conſtantie. Aretin. hic Ripa.ſi noto-
rie de pace conſtet. XIIII.

47 FAllit vbi reintegrande con
uentus exciperet profitēdo
dominium ſibi poſt ſpoliū
fuiſſe queſitum. Puta renun
ciatione actoris vel negligē
tia.vt per glo.magn.in.c.ſuper hoc. de
renunciat. Alex.in conſil.259.colū.3.
in 2.vol.Arguendo per.l.ii.ff.quod me
tus cauſa. ¶ Sed cōtrarius videtur text.
in.c.ſollicite.eodem.ibi quia non eſt ve-
riſſimile ꝙ ſpoliatus iuri ſuo renunciet.
Socin.in.l.rem que nobis.in ſiue.9.que
ſtionis reſpondet, ꝙ ibi loquitur in be-
neficialibus aduerto ꝙ in beneficiali-
bus loquitur.d.c. ſuper hoc. in princi-
pio. Qua de re melius dici poſſe puto.
per glo.magnam. circa med. in. d. c.ii.

dum vult ꝙ in terminis illius textus nõ petebatur reintegrari neq; profitebatur ſe ſpoliatum, ſed ſimpliciter beneficium poſtulabat,aliter dicam infra. ¶Non obſtat Soc. ꝙ per renunciationem ſeu ceſſionem iuris ſpoliati fit notoriũ ius ſpoliantis, quoniam hoc tantum verifi caretur vbi puta per inſtrumentum ha bens paratam exequutionem iuſtificare tur,alias notorium non eſſet,vt Peruſi ni dicũt hic. Et Corſettus in ſua fallen. 35.Clarius ponam.in.64. Tunc enim ſpolii vitium purgatum eſſe dicendum eſt. Ex quo tunc poſſeſſionis cauſa con uenti proprietate abſorbetur. vt per Ab batẽ.in.d. c.Nam per renunciationem quis rem pro derelicto habere videtur, non dico poſſeſſionem quam illo tem pore non habebat quo iam fuerat ſpo liatus. Minus igitur ius recuperande ar gumento.l.qui actionẽ. ff.de regul.iur. ¶QVE Noſtra concluſio tanto for tius in beneficialibus procedit, quanto ꝙ in his (abſq; ſaltim colorato titulo) ſpoliatus non reintegretur. vt in fallen. 38. Niſi ſpolium violentum eſſet. vt in. 16.& in. 22. Necnon in ampliat. 12. dixi. Nam tunc & ſi renunciatio ſequa tur, non tamen impedit (vt credam) quin ante omnia reſtitutio fiat. Motus ſum ex violentia precedenti vt Meticu loſe renunciatum debeat cenſeri. Do textum in.d.c.ſollicite. Cui talem reſ. ponſionem aſſigno. ¶IDEO etiam in iſtis terminis Dico. ꝙ ſi poſſeſſoriũ haberet cauſam proprietatis admixtã, ſpoliatus agens nõ haberet probare mi xturam.de qua in.4.fallen. dictum eſt; nam ſpolians acceptando renunciatio nem factus eſt ius proprietatis ſpoliati. arg.l.decẽ.de verb.oblig. Maximẽ in ſui odium ſpoliãtis. ¶CREDEVNDO intelligo hoc & predicta vbi facto ſpo liati proprietas (vt hic) ſuperueniſſet quod etiam verificatur vbi ſententia in ter eaſdem partes lata eſſet vt in ſprima fallentia relatum eſt. Ad quod vide Caſ ſiador.in deciſ.prima.de reſtit. ſpoliat.

num.61. Item non intelligo hec in Ec cleſiaſticis,vbi metus vt ſupra vel aliqua vis in renunciatione interueniſſet. tunc & ſi non perſonalis violentia ſeu expul ſio interueniſſet, & ſi alias metus nullita tem non operetur,vt in toto titulo.ff. ꝙ metus cauſa. Nihilominus iſto caſu nullitatem operari dicam ac ſi renũcia tio eſſet nulla. Moueor quia ceſſat om nis purgatio ſpoliantis. Item quia ſe fo uens in actu Meticuloſo eſt in peccato propter quod Canonica iura reſiſtunt. vt in vulg. vide Rotam in nouis. 55.& quinta fallen. 12. ¶ Quid autem ſit vbi poſt renunciationem adhuc qui renun ciauit poſſideret & a,tertia perſona ſpo liaretur,an reſtitutio ſibi fiat, ſi tertius ipſe de renunciatione obiiceret. Di cam. in. ampliat. 14. vide in fallentia quinta.circa finem. Atq; melius in am pliat.xi. Ex quibus patet ꝙ hec impro pria fallentia eſt. XV.

48 FAllit vbi adminiſtratorio nomine quis reintegrande ageret.puta prelatus eccle ſie nomine. Tutor pupil li.nõ enim prius reſtituen tur q̃ ſi titulũ(hoc eſt ſe eſſe tales)oſten diſſent. ſi tamen ex aduerſo inficiatum ſit.Bal.Alex.& communiter hic. ¶Sed Socin.in.l.rem que nobis.in.iii.col. cõ trariatur,dicens ꝙ quantũcũq; notorie conſtaret de non iure primi poſſeſſoris non tamen abſq; iuris ordine qs eſt poſ ſeſſioñ priuandus.c. licet Epiſcopus.de preben.in.vi. Quem Claudius hic ſeq tur per textũ.in.c.cũ ſuper.de cã poſſeſ. & propriet.vbi ſubdiaconus nõ obſtãte ꝙ minus iuſtũ titulũ habuiſſet quod & iudici liqueret, ad poſſeſſionẽ Eccleſie ſancti Sepulchri reintegratur. ¶ Cũ q bus quieſcã ſi adminiſtrator ipſe ſpolia tus extitiſſet. Moueor ex ratioñ Socini: ſic intelligo d.c. Cũ ſup.Si vero nõ ipſe eccleſia ſpoliata fuiſſet a,cõi opin.nõ de uiarẽ. niſi in Cardinalibus q titulũ iuſti ficar nõ tenẽtur. vt p Deciũ ĩ cõſil. 157. poſt Petrum de Peruſio. XVI.

49 FAllit ſi per Actoris confeſ
ſionem vel per probatio-
nes in iudicio admiſſas iu-
dici liqueret poſſeſſionem
non eſſe reſtituendam. c.
ſignificaſti. de diuort. vbi Innoc. Rota.
385. Alex. hic & recentiores. per. c. ad
decimas. eodem. in. vi. & canon. in. c. cō
ſtitutus. de filiis presbyt. facit Rota in
nouiſ. 55. vbi dr̄ quod ad inſtantiam
illius de cuius non iure clare conſtat at
tentata. lite pendente. non ſunt reuocā-
da ſicut in interdicto vnde vi cum etiam
appareat ꝙ ſua nō intereſt ſecus in pro-
fanis. Rota in antiquis deciſ. 7. & 624.
per Dinum iu regula qui ad agendū in.
lib. vi. ℂ Cum reuerētia patrum ſum al-
terius voti. ꝙ immo idem nec diuerſum
ſit in profanis. Moueor per vnum ver-
bum Antonii de Butrio dicentis in. c.
in literis. num. 24. in. iii. col. prope finē
verum eſſe predonem ante omnia reſti-
tuendum, niſi euidenter conſtaret eum
eſſe predonem vel iniuſtum poſſeſſorē.
Et aliter glo. loquitur ibidem dicens ni-
ſi ſit talis predo cuius vite nemo parce-
re debet. Mihi ſufficiat id quod Butriu:
dummodo iudici vt iudici conſtet q̄ uis
in cauſa diuerſa. pro quo facit. Ianfrē-
dus. in libello ſuo deciſ. 408. Intelligo
iniuſtum ſimilē predoni (hoc eſt illum.
de quo in. l. fin. C. vnde vi. ibi. vt predo-
nem intelligi) non quēlibet nō iure poſ
ſidentem. ℂ Ad. l. ſi quis ad ſe fundum.
cum ſimil. Reſpondeo rem ne in iſto caſu
loquantur. Pondero verba. d. legis ibi.
Si crimen non potuerit comprobare.
Preſupponit igitur diuerſam deciſionē
vbi crimē comprobatum eſſet. vt ſic nō
ante omnia primo ſpoliatori reſtitutio
fiat. ℂ Ad. l. primā. in. §. qui a, me. ff. de
vi & vi armat. & ad. §. recuperande. in-
ſtit. de interdic. ibi. licet is a, me &c. non
diuerſo modo dicam quam intelligen-
do in terminis quibus id dicatur, & alle-
getur. non autem ſi euidenter cōſtaret
&c. nam tunc Butrium ſequor. ℂ Huic
interpretationi Addo gloſam magnam
in. d. l. ſi quis. Circa medium. dum expo
nit. verbum intulit. hoc eſt dicitur intu
liſſe. Et dum dixerunt in profanis ad-
uerto tanto magis in beneficialibus dici
deberet, quanto ꝙ in his ſpoliantes ſunt
odioſiores. vt dicam in fallen. 14. argu-
mento. c. eum qui. in verbo eo ipſo. de
preben. in. vi. Itaq; facilius in his reſtitu
tio fienda eſſet. Et nihilominus non fit
vt in. d. Rota. Minus igitur hic fieri dice
tur. ℂ Huic vltimo parum obſtare pu
to generalitatē. d. Rote in antiquis de-
ciſ. 7. & 624. per quam reſtituendum vi
detur quāuis notorie conſtaret eum eſ-
ſe predonem. Quia reſpondendo faciā
vnum, & PRIMVM Caput ne lo-
quatur. in notorie attētatis cum violen-
tia ſeu expulſione. nam tunc puto noto
rium non ius petentis reſtitutionem, eſ-
ſe parum attendendum induco textum
in. d. l. ſi quis ad ſe fundum. in verbo in-
tulit non impropriando. Importat. n.
notorietatem & nihilominus indiſtin-
cte ſpoliatus reſtituitur. ℂ Quod tamē
limito niſi ſpoliatus ſuum ſpoliatorem
prius eodem modo ſpoliaſſet, motus ſū
ex illo textu. ibi ſi crimen violentie non
potuerit comprobare vnde diſponit in
caſu dubio. Atq; aliud aperte vult vide
licet ne ante omnia ſpolians reſtituere
teneatur ſpoliato cuius ſpoliati crimen
(hoc eſt alterius primi ſpolii. a, ſe com-
miſſi) eſſet comprobatum ſeu notoria-
tum. ℂ ITEM Moueor quia noto-
rietas violentie prime cum inſtantia ſeu
petitione reſtitutionis per quam in pri-
ma violentia ſe foueri petit. Contra. l.
meminerint. C. vnde vi. iuncto quia Iu-
dex quē in delicto auctorizare non de-
bet. vt per Rotam in ātiquis. deciſ. 347.
(nō obſtante ꝙ ſecūdus ſpolians quan-
do primo loco fuit ſpoliatus, remediū,
d. l. prime, neglexiſſet) operari dicendū
eſt impedimentum fiende reſtitutionis.
Argumēto. l. continuus. in. §. cum ita.
de verb. oblig. Sic ſaluo Innoc. in. d. c.
in. literis. ℂ Nec obſtat ibidem Abba-
contra Innocentium ꝙ ſi tex. ibidē non
intelligeretur

intelligeretur de eo quem conſtet eſſe p̄donem vana fieret illa ibidem argumentatio, quoniam aliter (vt puto) argumētatio ibidem ſe habet. hoc eſt quia ſpolians non auditur dicens eum eſſe p̄donem quominus reſtituere teneatur minus debet audiri dicens non fuiſſe canonice inſtitutum. ¶ Addo predictis Rotam in nouis. 393. in fine. Quam ſequitur Francus in beneficialibus in.c. ad decimas. in fine, nam ibi Reus conuentus recuperande excipiendo dicebat de notorio non iure actoris expulſi, tamen non auditur attento notorio non iure ſuo. de quo vt ibi replicaretur Et vide rationes in rota prefata. In quo etiam illud addendum puto ꝙ notorietas (ne fiat ad differendum) incontinenti probanda ē. vt Abbas in.c. in literis. num. 30. ¶ VLTRA Induco & vrget quod poſuit Innoc. I.c. ſignificaſti. de diuort. de notorio adulterio viri & de notorio vxoris atq; vt clarius procedamus exēplum erit. Sū a, te ſpoliatus ſiue eiectus. & peto reſtitui. excipis de notorio non iure meo probando per confeſſionem vel alias vt in principio huius fallen. Si replicarem ꝙ notorie cōſtat me eiectū a, te fuiſſe. Poteris triplicare de anteriore eiectione qua te ſpoliarim. adeo ꝙ reſtitutio impedietur. dēpta triplicatiōn ante omnia fiet. Etiam (vt putem) in beneficialibus. dummodo color tituli obſeruetur prout in. fallen. 22. quod ē in odium violētie, per quam ius quod ſpolians ex confeſſione ſpoliati acquiſierat, amiſit vigore. d. I. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vt communiter intelligitur nō reſtringendo ad litis pendentiam, itaq; remaneret color ſpoliati. ¶ SED obſtat quia ſi triplicatio admiſſa eſſet, vltimum ſpolium factum per reum conuentum minus purgaretur. contra vulgares regulas habentes ſe vltimum ſpoliū debere purgari. vt per doct. in. d.c. in literis arguendo de. I. cum fundus. & .I. colonus. ff. de vi & vi arm. primo dicā ꝙ quāuis ſit purghandum tamen ꝙ nō ſit iſto modo purgandum hoc eſt ad inſtātiam illius de cuius malo iure in poſſeſſiōn conſtet argumento. poſito rum in. d. Rota. dum loquitur indiſtincte. ¶ Item quāuis purgandum ſit, ꝙ ante omnia ſit reſtituēdus. cum per domiii probationem remanſerit purgatum. ¶ Vel tertio moueor. quia odii ratio maior eſt in primo. ſpoliatore. Attento ꝙ expulſio cum notorio nō iure ſuo aſſociata erat. Quia (puta) conſtabat rem aduerſarii eſſe. Vnde puto hūc eſſe etiam predonem vel iniuſtum poſſeſſorem de quo Antonius de Butrio. differentem ab eo cuius vite nemo parcere debet. Itaq; vides quomodo aliter intelligo predonem q̄ Butrius in. d.c. in literis. Intellexiſſet. num. 7. in fine dum allegat. I. primā. in. §. qui vi a, me. ff. de vi & vi arm. Et finaliter ſic intelligo Regulam. de vltimo ſpolio purgando. ¶ Et infero ad tollendam diſcordiam ſcribentium ꝙ intelligendo predonem vt hic loquutus ſum, predo eiectus ab aſſerente ſe dominum reſtituendus ante omnia non ſit. Immo Innocentii & Butrii opinio verificetur. de qua in apoſtilla ad Abbatem in. d.c. in literis. num. 9. ¶ Sed intelligendo predonem vt ibidē intellexit Abbas hoc eſt de cuius nō iure non notorie conſtabat, eius opinio procedit videlicet eum ab expulſo a, ſe poſtmodum expulſum ante omnia eſſe reſtituendum. non eum reſpiciendo vt predonem ſed vt ſpoliatum vt alias dixit Paulus de Eliazariis. in. d.c. col. 3. ¶ Alter & tertius predo ē vite cuius nō eſt parcendū qui a, quocunq; ſpolietur ēt ſe dn̄m non pretendente minime reſtituetur vt in. xi. fallen. dixeram.

Venio ad ſecūdum principale caput. aut nō attētauit minus taliter eiecit ꝙ notoria violētia dicatur. tūc in beneficialibus rein regrande agēti notorius defectus ſui iuris obſtabit. Ex ratione quia de iure ſine tituli colore non poſſidentur. d. c.

E

37

conſtitutus.de filiis presbyt.cum ſimil. in.8.fallen.dictis. Qui notorius eſt vbi ex titulo ſua poſſeſſio nõ coloraretur. vt in fallen.21. ſi igitur non poſſidebat ſpoliatus minime dicetur. vulg.decem. de verb.oblig.hoc modo argumẽtum, dictum ſupra ꝙ in eis violentia eſt odio ſior,ceſſat. Quod intelligo procedere quãuis ipſe ſpolians in ſuo iure deficeret puta ꝙ nõ fuerit inſtitutus, vel aliter vt iam dictum eſt. Moueor quia in pari cã melior eſt poſſidentis vt alias Abbas in c.ſepe num.x.eodem.Neq; audietur volens reſtitui vt alteri facultatem habeat reſtituendi vt intra dicam in profanis. Quia(vt.D.Antonius dicit)hoc nõ pertinet ad ſe,ſed ad verum Eccleſie Rectorem qui celeriter animarum periculo ſit obuiaturus. Sic Abbas in.d.c.in literis num.xi. ℂ ET nihilominus iſto caſu iudicis officiũ erit prouidere ne (ſpolio probato) ſpoliantem poſſidere ſinat. Argumẽto.c.beneficium.in lib.vi. Immo ſequeſtrari iubebit. ad titulum. de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct. & per Franchũ in.d.c.bone.de appell.in.vi.Quod etiam nota in caſu poſito ad primũ caput. ℂ Secus vero erit in profanis in his enim notorius iuris defectus obſtare nõ debebit cum poſſeſſionis titulũ quis in iis oſtendere non teneatur.l.cogi.ff.de petit.heredit.2.q.v. ℂ HOC modo neq; aliter procedere poſſe puto rotã in antiq.decis.7.& 624.p.l.primã.ff.de vi & vi arm. & que. per Dynũ in regula q ad agendũ. Quia tamen hec iura loquuntur omnia in vi expulſiua amplie mus ea ad non expulſiuam & erit.

TErtium Caput per.l.primã. C. ſi per vim vel alio modo & per.c.reintegrãda.iii.q. prima. vt magis communiter intelligitur, & ſi aliter opinatus ſum in fallen.2.forſitan cũ ſupportatione verius. ℂ Et dicamus idem eſſe in profanis quãuis non violenter ſpoliaſſet, vt ſic minus de notorio non iure agentis excipere poſſit. Dummodo tale non ius illud ſit quod minus iuſtificet illud ius excipientis. de quo in principio fallentie.8. Sed in beneficialibus dic vt in fallen.22.in fine. ℂ Huic dicto de profanis, minus obſtabit, ꝙ ſi reſtitueretur inde fieret abſurdum vt notorie ius nõ habens fructibus gauderet. Itaq; incideret in peccatum. Propter quod euitandum onus iudicis erit inhibere ne peccet eſt tex. cum glo. in.c.ad audientiam de ſponſal.vnde per hec reſtitutionem denegare.vt in addit. Rote in nouis.55.p Ioh.an. ad ſpecul. in rubr.eodem.tit. noſtro. per Abbat. in.c.in literis.num.29. Que ratio pariter in profanis viget cum agatur de peccato.habetur p Canon.in.c.1.de nou. operis nunc. ℂ Quoniam reſponderi poſſe puto ꝙ ſtante hac ratione, Maius ſcandalum & peccatum oriretur. Cum quis inſpiciendo aduerſarium notorio non iure poſſidere inuitaretur vt eum (etiam violenter) expelleret contra.c. nihil cum ſcandalo.de preſcript.bonus eſt textus in.d.l.meminerint. Sed quia de pluribus malis maius euitandum eſt. l.abſentem ff.de penis.cum ſimil.(non obſtante ꝙ cum peccato fructus ſit percepturus) reintegrabitur a,iudice tamẽ laico.qui de peccato nequaquam ius dicit. Sed illam duntaxat rationem reſpicit videlicet quia poteſt dicere quo ad te liberas edes habeo.vt in.l.loci.§.cõpetit.ff.ſi ſeruitus vendic. glo.in.c.1.de preſcript.in.vi.Abbas in.d.c. in literis. in num x. ℂ Demum illa facta eccleſiaſticus iudex inibebit vt a, peccato deſiſtat. Neq; aliter mihi verba poſita in addit.ad prefatam rotam.55. ſatisfacere poſſent. ℂ Stant enim iſta ſimul vt reſtitui petat neq; ipſe fructus percipere velit. Sed principaliter inſtet vt iniuria ſibi ſatiſfactum ſit.quia tamẽ hec nõ procedit in ſpolio non violento. Vel clarius dicamus vt ipſe rem eandem alteri ſit reſtituturus.vt dixit Abbas.num.9.vbi ẽt. Paul. de Eliazar.arg.l.1.in.§.ſi ꝓ do.ff.depoſiti. Quod reſtituere minus

ꝯpreſumendum eſt in nõ ſpoliante de cu
ius notorio non iure conſtat quicquid
Abbas.ad.d.num.9 ibi quantũcũq; cõ-
ſtet &c.contra quem do Regulam vul-
garem.in regul.ſemel malus.in. vi. vn-
de tantiſper expectandus eſt vt a,pecca-
to deſiſtere velit. Et conſequenter con-
cludamus ꝙ vbi notorium non ius a-
gentis cognoſcatur per notorium ius
ſpoliati ibidem ſpolians excipere vale-
at quia hec ratio ceſſaret. Niſi violenter
ſpoliaſſet nam tunc attenderetur iniu-
ria de qua ſupra. XVII.

50 FAllit vbi exceptio ſpoliãtis
talis eſſet que concluderet
abſq; vlla probatione. ol-
trad.in conſil. 224. incip.
ſuper iure & 274. Qui vlte
rius ſequitur Bal. in.l.penul.C.de cõ-
penſa.in vltima.col.vt quia ſufficiat al
legare. Do exemplum ſi actor iam iudi
cialiter confeſſus ſit dominium eſſe rei
conuenti,vt in prima fallen. dictum ſu-
pra fuit. hec igitur fallentia nil opera-
tur niſi quãdã gñalitatẽ cũ plura nego
cia ſint q̃ vocabula rerum. XVIII.

FAllit vbi nomine Eccleſie
exceptio dominii inconti-
51 nenti probãdi in medium
deduceretur. Bal. & Alex.
hic ita intelligentes glo.in
l.ſi de vi.C.de iudic. Quod Ripa exten
dit ad Ciuitatem arg.l.fin.C. de ſacro-
ſanc.Eccleſ. ¶ Sed aduerto hoc eſſe cõ
tra generalitatem.d.c. 1.eodem.vbi pa
tet ꝙ ſi ſpoliatus nõ cõſenſiſſet prelatus
in ipſo petitorio minus audiretur.vt ẽt
dicit Corſettus in fallent. 37. Et eſſet cõ
tra textum in.c.antiquitus.ii.q.iii. Vlte
rius non inueni Eccleſiam in hoc priui
legiatam ergo &c. argumento.l.ius ſin
gulare.ff.de legibus. Eam nihilominus
tenerem in ſolo caſu quo per inſtrumẽ
tum publicum Eccleſie dominium in-
continenti pateat argumento,textus in
l.iii.C.ſi minor ſe maior.dixerit. ¶ Sed
in ratione fallentie ſequor Alexãdrum
quia prelatus ipſe ſpolians non facit in-
cidere Eccleſiam in penam. l. ſi *quis in*
tantam.C.vnde vi. Vnde ſuccedit vt di
cunt quod poſuit Bal.in.l.fin.C.de cõ-
penſ.& Ang.hic ꝙ vbi quis non incidit
in dictam penam poteſt excipere de ſuo
dominio quãuis minime notoriato.
Exempla dat hic Alex. ¶ Generalitas
iſtius dicti mihi nullatenus placuit. Nã
intelligo illam legem in ſpolio facto
pendente iudicio.vt dixeram in fallen.
prima.non ſic ſe reſtringit. d. l. ſi quis
ad ſe fundum. Item ſi dictum ſtaret via
ſpoliis committendis aperiretur cõtra
l.conuenire.C.de pactis dotal.cũ vulg.
Vlterius in.l.ſi quis in tantam punitur
ſpoliãs in amiſſionẽ dominii rationẽ tan-
tum occupationis ipſius rei non autem
propter vim perſonalem.Vnde eodem
modo punitur hoc eſt ipſam rem ami-
tit. Sed in.l.ſi quis ad ſe fundum violen
tia eſt perſonalis, vnde perſona puni-
tur. Ne ſuper iure ſuo audiatur a,iudi-
ceq; repellatur,vbi pars id obieciſſet.eo
dem modo puto dicendum eſſe hic. Ne
prelatus audiri mereatur. Neq; ſibi via
detur ſub vmbra aſſerti dominii Eccle-
rinus poſuit in cõſil.12.nedũ. qui bñfi-
ciũ ſine titulo vel tituli colore occupat.
ſed & ſi cũ colore non tamen canonico
Addas.l.fin.C.vn. ui. XXXVIII.

FAllit in poſſidente vigo-
re reſignationis in ſui fa-
73 uorem facte in manibus
Pape cum ſimpliciter ad
mittẽtis de beneficio ele-
ctiuo , puta Abbatiatus decanatus ſiue
prioratus alteriuſue ſine conſenſu elige
re debentium. nam ſi intra trimeſtre tẽ
pus,quod datur eligentibus poſſeſſiõ
ſpoliaretur nedum non ante omnia ,
ſed nec aliquo modo reſtituendus eſt .
Boerius in deciſ. 2.in lib.p̃.num. 34.ex
rationẽ. Quia in p̃iudicium eligere debẽ
tium aliquo modo reſignari non potu-
it.per.c.1.& 2. de elect. Cum quo tran-
ſirem in ſimplicibus terminis admiſſio-
nis,& non alio modo,nam Papa ſimpli
citer admittendo velle non videtur iuri
tertii derogare,dicit enim princeps quã
uis legibus ſoluti ſumus tamen legibus
viuere volumus·l. ex imperfecto . C. de
teſtam.l.digna vox.ff.de legibus.eſt bo
nus tex.in.c.propoſuit . ibi intentionis
noſtre non eſt.de conceſſ.p̃ben . Indu-
co etiã Andr.de Silua in tractatu de be-
nef.in tertia parte in prima queſt . dum
vult ꝙ litere Pape nunquam p̃iudicant
electoribus niſi exprimatur.Vnde poti-
us dicendum eſt ꝙ Papa ſimpliciter ad-
mittendo non fuerit recordatus licet
enim diuinare vt legum correctio euite-
tur.c.cum expediat.de election.Item in
duco quia in dubio non cenſetur Prin-
ceps vti poteſtate ſupra legem.habetur
in.l.ii.C.de teſtam.milit. ℭ Quare cõ-
cludo talem ſimplicem admiſſionẽ nul-
lum tribuere ius,conſequenter ſpoliato
agenti poſſe obiici defectum notorium
ſui iuris.de quo in.c.ad decimas.eodẽ.
in.vi. ℭ Vel notoria exceptio defectus
proprietatis.de quo in.c . conſtitutus.
de filiis p̃sby.habetur in.c. in literis eo-
dem,& pluries diximus . ℭ Quod tamẽ
limito niſi in literis cauſa clauſa in cor-
pore iuris inſerta eſſet . ℭ Vel tali ra-
tiõ ſubnixa, que Papã ad derogandũ
veriſimiliter traxiſſet . argumento . c.
ſuper literis. de reſcript . ℭ Vel ſi cau
ſa non ſit,nihilominus idem ſi Papam
plenitudine poteſtatis vti voluiſſe pare-
ret. In bñficialibus enim dicere poteſt.
Ita volo.ſic intelligo textũ in. d.c.pro-
poſuit.ibi qui ſecundum plenitudinem

poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius
diſpēſare.ſic etiam.habetur in.c.ii.de ꝓ
ben. Videndus eſt Silua. in ſecunda par
te in.q.prima.de bñf. XXXIX.

FAllit.in eo qui naturali-
74 ter tātum poſſidebat,qui-
ue a,ciuiliter tantummo-
do poſſidente ſpoliatus ex
titiſſet. Ex ratione Bartoli
in.l.1.§.interdictum.ff. vti poſſid. Illa
videlicet quia naturaliter poſſidens ſem
per ciuiliter poſſidentem turbare vide-
tur. Vnde etiam violenter expelli potu
it. Iuxta.l.vt vim.ff.d iuſtit.& iur. Abb.
& doct.in.c.cum veniſſent. eodem. etiā
cum armis,atq; frangere hoſtium clau-
ſum,ſi propter clauſuram naturalē poſ
ſeſſionem recuperare impediretur.Bar.
in.l.3.in.4.queſtion.C.de pignor.Cor
neus in conſil.193.in prima colū. & in
conſil.28.col.3.lib.3. Curtius Iunior.
53.col.fin.Crauet.conſil.6.num.12.
¶ Intelligitur tamen habere ciuilem ne
dum qui propter abſentiam ſuā,& igno
rantiam occupationis facte de naturali,
ſed ꝙ oporteat eum probare neminem
in fundo illo reliquiſſe. Alias per eum
qui in fundo remanſiſſet puta colonum
ſicut etiam ciuilis & naturalis retinetur,
ita (& eo deſerente) amitteretur.Socin.
in conſil.15.col.ii.lib.4.dūmodo tota
familia expulſa fuiſſet.vt per Gozad.in
cōſil.86.& Crauett.vbi ſuꝑ.¶ Redeun
do ſi naturaliter tantum poſſidēs expel-
latur,nedum non ante omnia, ſed nec
aliquo pacto erit reſtituendus. faciunt
que Imola in.c.potuit.locati. ¶ Que
ratio dicta concludit ne hoc procedat
in vſufructuario qui naturaliter tantum
poſſidere dicitur.vt in.l.noſtra vel in a-
lio qui iuſte naturalem poſſeſſionem re
tinere poſſet. talis enim naturalis alio
reſpectu appellatur ciuilis vt dixeram l.
l.1.num.24.Vbi tenui ꝙ ēt ciuiliſſima
appellari meruiſſet. Propter quod ſi
vſufructuarius ab alio ſpoliatus extitiſ-
ſet nihilominus & ipſe ciuilem (hoc eſt
ea que in animo tantum fundata eſt vt
cōmuniter vocant) habere dicetur.Ap
pellaturq; ciuiliſſima vt oſtendatur ad
ſe trahere naturalem.non obſtante ciui
li apud alterum vel etiā ipſum proprie-
tariū (de quo Abbas.in.c.olim. num.
12.eodem) exiſtētem. ¶ Fallentia hec
eſt ſatis optima qua de re concludendū
eſt ꝙ ſi reuerſus a,nundinis. de quo in.
l.clam poſſidere. Violenter expelleret
naturaliter ingreſſum vt ſupra. (dūmo-
do quāprimum ei facultas competiſſet
id feciſſet) expulſus non ante omnia re
ſtitueretur. Secus ſi non quāprimum vt
ſupra. Sed paſſus eſſet alterum aliquan-
tiſper in poſſeſſione morari, nam tunc
ex illa patientia ſua etiam ciuilis perde-
retur.Bar.& omnes.in.l.ſi de eo.in.§.ꝓ
eodem.Abbas in.cum veniſſent eodem
in vltima col. Crauettam vide referen-
tem oltradum in conſil.72.Incipiente.
ante contra ſaracenos in fine dicentem
ꝙ id quod agit ſpoliatus pro recupera
tione Rei ſue dicitur defenſio & ſpolia-
tionis nomen ignorat. XXXX.

FAllit vbi qui ſpoliauit in
ipſa poſſeſſione per Papā
ex certa ſcientia ac ſpolia
75 tionis,ſeu intruſionis, mē
tione facta cōfirmaretur.
vt Rebuffus in tract. de Pacificis poſſeſ
ſor num.259. Latius in Ampliat.
19. dicam. XLI.

FAllit in eo ꝗ quāuis a,poſ
76 ſeſſione deiectus ſit nihilo
minus eam retinere dici-
tur,ſi eius ſeruiētes adhuc
in eadem. poſſeſſione cō-
morentur. non enim tunc ſpoliatus di-
ceretur. eſt tex. in.l.prima,in.§.non
alii.ff.de vi & vi arm. Refert afflictus
in Neapol. deciſioñ. 300. in fine.
Credo tamen ꝙ ſi deiectus Redeun-
do ad poſſeſſionem per occupantem
nō admittatur. Bñficiū.d.l.ſi quis ad ſe
fundum.vti poſſet.vel.c.reintegranda
vt cōiter indiſtincte cū intelligūt Argu-
mēto dictorū in.4.ampliat.dū dixerā ꝙ
ſi deficeret vnus nūmus &c. XLII.

FAllit in ſpoliãte qui voca
batur puta.C.& agit peti
torio non voluntarie ſed
77 potius coacte. hec eſt fa⸗
cto aduerſarii ſui.B.Nam
quãuis Aduerſarius ipſe inſtet ante om⸗
nie reintegrari, vel ſaltim poſſeſſorium
terminari . non propterea reſtituendus
eſt. Ex quo ipſe . B. Aduerſarius ſimili
modo ſuſpenſo poſſeſſorio reintegran⸗
de (ſuper quo fuerat condemnatus &
ante exequutionem ſpoliatus a.C) age⸗
re petitorio ceperat contra . A . qui ip⸗
ſam condemnationem obtinuit. Ratio
illa eſt quia ſi.C.ſciens cauſam petitorii
per.B.cõtra A.agitari taceret, ſibimet i
petitorio ꝑiudicari poſſet. Iuxta.l.ſepe.
ff.de re iudic.habetur.in. c . cum ſuper.
eodem titulo , Clarum exemplum eſt in
vltimis deciſ. Rote. 18.I verſic. Ricchar
dus. Et imputandum eſt eidẽ.B.Qui an⸗
te finitum poſſeſſoriũ.contra petitoriũ.
A.inchoaſſet vt in eadem Rota. XLIII.

78 FAllit in intruſo in Roma
nam ſedem violenter.qui
ſi ſpoliaretur nõ ante om
nia (hoc eſt antequam ſu
per electione cognoſca⸗
tur) reintegrari deberet. Dicit ſpecul.
in titulo de Petitor. & poſſeſſ.in.§.quo
niã.per tex.iii.q.prima. c. fin.·§·patet .
Per rationem quia ſi reintegraretur non
adeſſet iudex coram quo conueniri poſ
ſit hec ratio ceſſat in Epis inferioribus
vnde in eis fallentia ceſſet. XLIIII.

79 FAllit in ſpoliato ab admi
niſtratione propter pro⸗
batã dilapidationem.c. li
cet Ely·§·quia vero.de Si
mon . Specul . vbi ſupra
quod eſt rõe criminis cõmiſsi.❡ vñ gña
liter dicendũ ẽ in ſpoliato a,iudice pro⸗
pter delictũ ita ꝙ ſpolium vel pars pene
vel tota dicatur . In qua gñalitate pluri⸗
mo caſus quos ibidem ſpecul.fallentias,
vocat dum allegat.c. de manifeſta. 2.q.
prima.&.c.euidentia.de accuſ. in hac ſo
la comprehendamus.❡ Et nihilominus
aduertendũ eſt ꝙ quia in his iuribus ha⸗
betur iudicem (vbi notorium delictum
eſſet) ex officio quem poſſeſſione priua
re poſſe,vt etiam notatur in. c . accuſa⸗
tum de ſimonia.ideo magnam limita⸗
tionem ad ea que diximus in fallen. 39.
in fine dum ibidem dictum ẽ ſpoliatum
etiam violenter non poſſe ex interual⸗
lo ſuam poſſeſſionem recuperare habe
mus.nam p.d.iura patet id limitari vbi
notoria violentia eſſet qa ex officio iu⸗
dex prouidebit. Argumento,rubrice.C.
ne liceat potentior.nã talis violentia de
lictũ eſt.faciũt que infra in. fallen. 58.&
vide ſupra in. 33.fallen.cõueniũt hic po
ſita.in.c.ſignificaſti.de diuort. XLV.

80 FAllit in ſpoliato qui per
viã exceptionis non actio
nis ſpolium propoſuiſſet
non enim ante omnia re⸗
ſtituetur etiam ꝙ per pro
bationes iã factas de ſpolio notorie con
ſtaret , ex ratione quia exceptionis finis
non conſequi eſt ſed ſe tueri. Quod pro
intellectu.c. Ecce. 24.q.iii.dum dicit cri
mina vbicũq; clareſcãt punienda eſſe,no
tãdũ eſt.❡ Pro hac fallent.facit Abbas
in.c.cum dilectus in.6.not.de ordiñ co
gnit . vbi quãuis loquatur de exceptio⸗
ne propoſita cõtra ciuilem actionem ea
dem rõne tenet qñ cõtra criminalem.Se
quendo ſpecul.&.d. Antoniũ , ad num.
18.vide glo.in.d.c.in verbo.in modum
necnõ diſtingue aut crimina talia ſuper
qbus ex officio procedi valeat.& fallen⸗
tie ſit locus alias minime,etiam omnino
vide que in ampliat. 51.dicam. XLVI.

FAllit in ſpoliato qui pe⸗
tat reintegrari ab eo qui
81 prius cõtra ſe diuerſo mo
do egiſſet , nã ſecũda que
eſt qõ ſpoliationis nõ fa⸗
ciet in prima ſuperſederi. Sunt enim mu
tue petitiones vt dicit glo.in.d.c.cũ dile
ctus.in verbo modũ.de ordine cognit:
❡ Niſi prima queſtio mota criminali⸗
ter fuiſſet vel in ſpolio de maiori parte
bonoꝝ vt ſpecul.dicit in rubr . de petit.

& poſſeſſ. nam quia taliter ſpoliatus ob
facultatuū defectū cauſam perdere poſ-
ſet, ideo ſuccedit id quod nec nudi con-
tendere neq; inermes inimicis oppone-
re nos debemus. habetur in. c. oportet.
& in. c. frequens. de reſtit. ſpoliat. in. vi.
Vnde ante omnia hoc eſt antequam ſu-
per prima cognoſcatur, in his duobus
caſibus eſt reſtituendus. & hec fallentia
limitatur ſic per ſpecul. de cā poſſeſſ. &
propriet. §. p̊. verſic. illud. quem Abbas
in. c. cū dilectus de ordiñ cognit. num.
17. Sequutus eſt. Referens hoc eſſe mi-
rabile ꝙ actio operetur effectum ſuſpen
ſiuum cuius natura eſt operari effectum
cōſequutiuum. Quod vltimum tu ſubli-
mita vt dicam. in ampliat. 51. XLVII.

82 FAllit i ſpoliato ab eo quē
ipſe paulo ante ſpoliaſſet
dicitur enim non ſpoliaſ-
ſe ſed ſuam poſſeſſionem
continuaſſe. Abb. in. c.
olim. el. p̊. nu. 9. eodem. non ſic ex in-
teruallo tunc enim dicitur guerra ſiue
vindicta. vt ibi Abbas. de hoc in. 19. fal-
lē. dixi. dicā in ampliat. 24. in fine per q̄
hic non me extendam. XLVIII.

83 FALLIT in ſpoliato qui
a non malitioſe abſente
integrari petat ſpecul. vbi
ſupra. per. c. conſultatio
nibus. de officio deleg.
Nam non reintegraretur quamuis in
poſſeſſ. cauſa rei ſeruande mittendus ſit
vt ibidem notatur deinde procedendum
erit ad ſecundum decretum cum hic ſen
tentia diffinitiua non requiratur. Vnde
hoc abſq; litis conteſtatione ſit vt Ab-
bas ibidem. ℂ Quod minime eſt in poſ-
ſeſſ. recuperande ſiue adipiſcende. Sunt
enim hec maximi preiudicii, propterea
(vt dicit hic Bar.) ordo neceſſarius erit
itaq; conteſtatio litis. que contra abſen-
tem fieri nequit auc. offeratur. C. de li-
tis conteſt. ℂ Sed aduerto ꝙ hec ratio
conuenit & ſi nō iuxta de cauſa abeſſet.
Item regulariter alteri conditio iniqua
ferenda non eſt vt in vulg. ſpoliato igi-
tur p̄ñti alterius abſētia iuxta nō hēt p̄iu
dicare. ℂ Vñ cogito rōnē in. d. c. eē. illā
quia ſpoliatus illas lr̄as impetrauit conti
nētes cām decidēdam poſſeſſionēq; reſti
tuendā i eē infra certū tp̄s. in quo abſens
ſui p̄ñtiam exhibere nō potuiſſet. Abſen
ti igr̄ iuxta de cā per p̄ñtem illo mō im-
petrātē iniqua cōditio afferri nō debuit.
hoc mō nō aliter cū hac fallētia tranſibo
videlicet infra tempus veriſimilis noticie
& infra quod abſens comparere potuiſ-
ſet. iuxta. l. primam. ff. ſi quis caution.
ℂ Quā tñ limito non procedere vbi cū
perſonali violētia ſpolium commiſſum
fuiſſet. hoc modo reſtringo diſpoſitio-
nē prefati capituli, vt minus regula no-
ſtra offendatur. argumēto. l. ſi quando.
C. de inoffic. dot. cum ſimil. & vulgar.
Eo enim ipſo quo violentiam perſonalē
commiſit cogitare debuit ſpoliatum eſ-
ſe reclamaturum. Pro quo do textū in.
d. c. olim. El. p̊. in verbis. ibi & quos con
trouerſiam ſe moturos ſuſpicari debue-
rat. eodē. titulo. nr̄o. in odiū igitur vio
lēti puto abſq; litis cōteſtatione ac tēpo
ris curſu expectationeq; ſpoliatū eē reſti
tuendū. ℂ Atq; finaliter cōcludo, ꝙ hec
fallētia nō procedat i terminis d. l. ſi quis
ad ſe fundū. vbi perſonalis eſt violētia. vt
eā intelligo. & in examine ip̄i⁹ regule di-
xerā ſed tñ in terminis. d. l. ſi quis in tan
tam, vbi vis non dr̄ perſonalis. Sed ē rea-
lis. vt ibi alienarum reꝝ &c. ℂ Que lex.
videtur obſtare ſi recte intueberis quia ſi
mili modo vult ſpoliatum añ omnia eſ-
ſe reſtituendum. nam quia vult ſpolian-
tem ſi quod ius habebat amiſiſſe, multo
fortius ſpoliatum eſſe reſtituendum. cū
ſi dominiū p̄dat de eo excipere nequeat
igitur vt reſtituat. argu. l. ii. ff. de iis qui
ſunt ſui vel alieni iur. ſed dic illud a, pre
ſente quāuis de dñio excipiēte. XLIX.

84 FAllit in ſpoliato cui poſ-
ſeſſio ſub conditione tra-
dita eſſet nam ſi conditio
ne pēdente ſpolietur non
eſt reſtituēdus. d. c. olim.
El. 2. eodem. Quod procedit quia con-

ditio reſpicit ſpoliantem ipſum hoc eſt
ſi voluerit talis & ille talis fuerit ipſe ſpo
lians eo enim ipſo quo ſpoliat, tacite ſe
nolle declarat. conſequenter eum non
poſſidere. & quoniam primus ille qui de
dit poſſeſſionem a ſe aqdicauit ſequitur
ꝙ ipſe ſpolians vere ſpoliare non dici-
tur, ſed vacantem poſſeſſionem occupa
re. tanquã ſibi ratione ſui iuris pertinen-
tem, & reuertentẽ vt ibidem. ℂ Quod ẽt
procederet vbi ſpolium fieret cum vio
lentia per eandem rationem, quãuis vio
lentia quoquomodo tunc punibilis ſit.
cum crimina vndecunq; claruerint pu-
niẽda ſint vt l iurib' vulg. nõ ſic vbi a, ter
tio ſpoliaretur tũc. n. rõ de qua ſupra ta-
cite declarationis ceſſat. igitur &c. L.

FAllit in ſpoliato qui con-
85 tra leges poſſidebat non. n.
reſtitueretur vt eſt textus
in. l. fin. C. vt nemo priuat.
titulos prediis ſuis &c. Vn
de poſſidens publicas res vt ſuas impune
atq; violenter expelli poſſet. nec reſtitue
retur. ad ꝑ eſt tex. in. c. quia quorundã.
de exceſſ. prelatorum. LI.

FAllit in colono ſpoliato
86 a, domino ipſius Rei con-
ducte nam quãuis violen-
ter nõ tamen reſtituetur.
l. cum fundum. ff. de vi. &
vi. arm. vbi glo. in verbo poſtea dũ po
nit opin. Ioannis. ℂ Quod intellige vbi
prius ipſe colonus dominum in poſſeſ
ſione ſua nõ admiſiſſet, vt sũt termini p̃-
fate legis. Alias vis quoq̃uo puniretur.
nec alio mõ id quod ſpecul. in fallẽ. 17.
ponit, procedere puto. dũ loqtur de ſpo
liato qui p̃cario vel gr̃a poſſidebat, hoc
ẽ abſq; tẽporis p̃nitione. al's ſi infra tẽpus
ſpoliaretur eatenus reſtituẽdus eẽt quate
nus de facto poſſidere debuiſſet. argu. l.
que de tota. ff. de Rei vendic. LII.

FAllit in ſeptem caſibus in
87 quibus maritus vxorẽ ſpo
liatus nõ eſt reſtituẽdus.
Puta ſi vxor probet ali
quod impedimẽtum ma
trimonii ſeu conſanguinitatem. Sed an-
tequam illud probet reſtituetur. opor
tet igitur ꝙ incontinenti parata ſit. c. ex
conqueſtiõn. eodem. ℂ Vel ſi vir ſit ni-
mis auſterus ſeu eam violenter iniuſteue
poſſideat. & virgo ſit atq; corrumpi ti-
meatur. cum ceteris vt per ſpecul. de pe-
tit. & poſſ. in fallẽ. 26. & ponit Abbas. in
c. ex tranſmiſſa. eodem. ℂ In quo tamẽ
notandum eſt ꝙ quãuis maritus (quia
ſit excommunicatus) non audiatur pe-
tens reſtitutionem vxoris, nihilominus
ex officio iudex eam reſtitui faciet. Ar-
gumento. c. p̃. & c. debitores. de iure iu-
ran. ſic ſpecul. vbi ſup̃. Quod ſit ob eui-
tãdũ periculũ fornicationis. dicit Felyn,
in. c. fin. num. 22. de ordiñ cognit. arg.
c. ex parte de conuerſ. coniugat. LIII.

FAllit vbi Predo ſpoliatus
88 reintegrari petat a, ſpoli-
ante a, quo ſimili modo
Dominus ipſius Rei rein
tegrari velit excipiendo
contra predonem ipſum ne reſtituatur.
nam Predo ipſe audiri non debebit. l.
bonafides. ff. depoſiti. c. in literis. eodem
ſpecul. vbi ſupra. Socin. in regul. ſpolia-
tus autem omnia. dixi in fallen. 9. circa
medium. vbi pono caſum in quo prius
dominus ipſe ſpoliatus extitiſſet hic ve-
ro non. Qua de re vt hec fallentia pro-
cedat opus ẽ vt de dominio ſtatim oſtẽ
datur argumento, tex. cum gloſ. in ver
bo. sũmatim. in. l. prima. ff. ad exhiben.
ℂ Puto etiam ꝙ ſi tantummodo. Semi-
plene fuiſſet oſtenſum quandoq; ſuffici
at ad differendam reſtitutionem ſpolia
to fiendam vt in. d. l. prima. arguendo
per locum a, ſpeciali. C. de dilat. ℂ Vñ
ſecundum facti qualitatem arbitrium fe
rendum eſt, verum (& ſi non plene pro
baſſet) reſtituendus ſit. antequam actor
ipſe audiatur. Pro quo Addo vnam de
ciſ. Caſſiad. 2. ſub rubr. de dilation. & id
quod dixit Abbas. in. c. 2. de ordine co
gnit. num. 35. ℂ Nihilominus quia nil
commune habet propriet cum poſſeſ
ſione. vt hic. & ex diuerſis illatio nõ fiet

maxime in alterius impedimentũ. quod
cõtra hanc nſam concluſionem ſatis vr-
get, opus erit ꝙ iſte dñs excipiens inter-
dicto adipiſcende vtatur, vt alias. in fal-
lentia. 3. in verſic. vltimo loco &c. & in
fallen. 9. dictum eſt. ℂ Quis autem ſit i-
ſte p̃do declaraui in fallen. 16. in verſic.
aut nõ attentauit &c. Addo etiã ꝙ in poſ-
ſeſſorio hñte cãm proprietatis admixtã
eo ip̃o quo 'q s q ſpoliauit cũ violentia
nõ probat q̃ſi proprietatem illius iuris
dr̃ eſſe predo vt dixi in fallen. 8. LIIII.

89 FAllit ubi ſpoliator nõ eſt
ſoluendo c. olim. el. 2. de
reſtit. ſpoliat. Quod intel
ligo ſi nec in equiualenti
vt ibi glo. magna. nã ina-
nis eſt actio quã inopia debitoris exclu-
dit. vt ibi text' niſi Iopia ſit ob cãm ſpo-
liatoris q ad ludũ vel ſcortũ diſſipaſſet,
nã tũc reſtitutionis loco triremes dãda
eſſet. ſiue bannũ. impropria fallẽtia eſt.
ſimilia vide in Ampliat. 23. LV.

90 FAllit ubi ſpoliaretur nudus
detentor ipſius rei. c. olim.
el. tertio eodem. late in am
pliat. uigeſima tertia di-
cemus. LVI.

91 FAllit ubi malefidei poſſeſ-
ſor ſpoliatus extitiſſet. atq;
res ipſa ſine uitio ad verum
dominum perueniſſet. c. ii.
de ordin. cognit. in uerſic.
uerum. ubi Abbas. num. 13. ibi ſine do-
lo & uiolentia, & per Bal. in. l. ſi quis em
ptionis. ī. ꝗ. ſed hec ſuper illis. ubi ponit
bona uerba. C. de p̃ſcript. 30. ãnorũ. Hu
ic fallentie addo gloſã in. c. ad decimas
in fine. eodem in vi. ibi proprietas ergo
p reũ probata ip̃m in poſſeſſione defen
dat. ℂ Si uero nõ ſpoliatus ſed ip̃e poſ-
ſeſſionem trãſtuliſſet & ſi dolo ductus &
bonefidei erat. uide in fallen. 67. LVII.

92 FAllit ubi ſpoliatus ageret
petitorio & poſſeſſorio
ſimul. tunc enim ſi Reus
conuentus de ſuo domi-
nio excipiat, actor nõ añ
omnia reſtituetur. Socin. in regula ſpo-
liatus ante omnia. per. c. ſolicite ubi gl.
in uerbo eum tantum. eodem. ℂ Aduer
to ꝙ ratio in contrarium que ponitur
in illa glo. (illa uidelicet ꝙ ideo nõ ob-
iiciatur dominii exceptio ſeu non Ca-
nonice Inſtitutionis, ſpontanee renun-
ciationis, uel abiurationis, quia hec tan-
gunt ius proprietatis non autem poſſeſ
ſionis, inter que omnimoda differentia
eſt. ut in tex. noſtro) locum habere ui-
detur & ſi non ambo ſimul proponeren
tur. Sed reintegrande poſſeſſorium tan-
tum. ℂ Neq; obſtare puto conſiderata
per Socinum ꝙ id procedat ex. defectu
agentis qui uno tantum hoc eſt poſſeſ-
ſorio uti debuiſſet. Quia nõ uiderem cur
ambo proponendo in aliquo ſibi preiu
dicatum ſit profecto ſecundum cuiuſli-
bet naturam propoſuiſſe cenſetur. argu
mento. l. cũ in teſtamento. ff. de teſtam.
& ſecundum regulam. d. l. ſi quis ad ſe
fundum. facit regula. l. non omnis. ff. ſi
cert. petatur, & l. cum de indebito. C.
de probat. Non enim deduxit domini-
um ſeu ius proprietatis ad impedien-
dum effectum reintegrãde ſibi poſſeſſio-
nis ſed ad effectum ut nedum reſtitutio
ſibi fieret ſed & dominii ius ſuum decla-
retur, & ſic in dubio interpretãdum eſt.
per. l. ſi quis intentione. ambigua. ff. de
iudic. que declaratio in rei uendicatio-
ne qđ ẽ principale, cum reſtitutio ſecun
dario & per officium iudicis fiat. l. offi-
cium. ff. de rei uendic. Qua de re in ca-
ſu iſto culpa nulla ſibi poteſt imputari.
Sicut imputatur ei qui cognoſci ſuper
dominio ad effectum excludendi poſſeſ
ſorium a, ſe propoſitum, paſſus eſt, ut
habuimus in 2. & 7. fallent. in caſu no-
ſtro ſolum ad effectum excludendi peti-
torium a, ſe propoſitum quatenus do-
minium de iure ſibi nõ cõpeteret, patie-
batur facit. C. ſicut urgeri. prima. q. 1.
Stant enim iſta ſimul ut Reus conuen-
tus debeat eſſe dominus & nihilominus
ꝙ ſpoliauerit actorem & reſtituere te-
neatur, quinimmo quandoq; ultra reſti

tutionem dominium perdat. quia ſpoliauit d.l.ſi quis in tantam. vrget igitur d.c.vrgeri. ¶ An autem vtroq; propoſito per actorem ſententia ſuper poſſeſſorio conuenti p̃iudicet petitorio actoris, doctores hic dicere videntur ꝙ ſic. Vnde Boerius in p̃fata deciſ. 238. concludit debere in proponendo poſſeſſorio proteſtari ꝙ nō alias petitoriũ proponit q̃ pro poſſeſſorii cōfortatione. Cōtrariũ tenerẽ p.d.c.ſicut vrgeri niſi ideo ſñia pro cōuento lata eẽt q̃a probaſſet poſſeſſionem debere ſuã eſſe. LVIII.

93 Fallit vbi ſpoliator talis eſſet cui iuris ignorantiam allegare liceret. vt minor, ruſticus, & miles fortius mulier, nō enim in dubio fraudolenter ſpoliaſſe dicentur. Induco glo. magnam. in.l.regula.ff. de iuris & facti ignor. ibi ſecus ſi putem mihi licere rem meam auferre. nã quãuis prima facie illa glo. contraria videatur. dum dicit nō excuſor a pena. d.l.ſi quis in tantam. ¶ Nihilominus ſi recte intuearis tunc loquitur in maiore vt ſupra ſumitur in alio caſu. dum loquitur de maiore decem & octo annis. de quo infra dicam. ¶ Ad id quod dicit Bal. in.d.l.ſi quis in tantam. in.7. queſtion. C. vnde vi, reſpōdebo ꝙ immo ſit fauorabile nobis. ibi niſi error iuris prouẽiret ex alia cã rationabili ſed in terminis noſtris cã rationabilis erat quia minor ignorans ius & videns alium rem ſuam occupare credidit ſibi etiam ex interuallo eã ingredi & occupare. nam quia p̃ſuppoſuimus ipſum minorem eſſe dominũ, cũ vel ſi ex iuxta cauſa hoc putet, videns p tẽpus ſe poſſediſſe vel anteceſſores ſuos, nil aliud dici poteſt niſi ꝙ tractet de dãno euitando. quo caſu iuris ignorantia eum excuſat. vt in.l.2.ff.de iuris & facti ignor. Iuncto iure gentium ſibi cognito quo iure domini poſſidere debent.l. prima, ſupra, eodem. Que tanto fortius procedere puto vbi minor ipſe ſpoliatus quamuis ex interuallo extitiſſet:

¶ ADVERTO tamen quia videor tenere cõtra gloſam Bal. Salyc. & doct. in.d.l.ſi quis in tantam dicentes ꝙ illi quibus ius licet ignorare vt miles ruſticus &c. (Cum violentia ſit delictum cõtra ius gentium vulg.l.vt vim. ff. de iuſtit. & iure. in quo nulli parcitur) a, penam.d.l.ſi quis in tantam non excuſantur reſponderem hoc fortaſſe procedere vbi tales perſone prius ſpoliate non extitiſſent. nam his ſpoliatis adeſt rationabilis cauſa de qua ſupra. ¶ Immo dicam ꝙ ipſi maiores non inciderent in penam.d.l.niſi pẽdente iudicio ſpoliaſſent vt in prima fallẽ. declaraui. ponderando verba ibi ante euentum iudicialis arbitrii. Puto tamen verum ꝙ maiores reſtituere teneantur. per. d. l. ſi quis ad ſe fundum. ¶ Redeundo concludendum eſt perſonas de quibus ſuperius minores vel &c. non tantum non incurſuras penam.d.l.ſi quis in tantam. vt etiã tenuerũt Odofredus ibidem & Iacobus de Aren. contra glo. & Baldum (intelligo ſi incontinenti dominium probare vult & de mente ipſorum eſt) ſed etiam non compellendos eſſe ad reſtitutionẽ ante omnia faciendam. ſtantibus verbis Baldi. de quibus diximus. ¶ Etiam ꝙ ipſi minores violenter ſpoliaſſent, ſi iam ſpoliate (quãuis ex interuallo) extitiſſent. Moueor quia cum nulla temporis p̃ſcriptio eis obſit.l.ſin.C. de annali excep. Ideo dicendum ſit eas ſemper incontinenti vim repuliſſe quinimmo cõcludendum puto per prius ſpoliate ab eodẽ ſimili mō extitiſſent ꝙ ẽt ſi eorum dominium non probent reſtituere non teneantur per rõnem dictam. LIX.

94 Fallit vbi ſpoliãs conuentus exciperet ſeu reconuẽiret de ſpolio facto ab actore contra eundẽ conuentum ſuper alia re. tũc enim conuentus non ante omnia reſtituere tenetur. Immo ſuper vtroq; ſpolio procedendum eſſet. Secus excipiẽdo vel agendo de ſpolio ſuper eadem; ꝛ

antea facto eſt tex.in.c.fin.de ordine co
gnit. Quem ex doctorum mente domi-
nus Abbas ita intelligit. Dãs optimam
rationem ad num.xi. ꝙ ſi exceptio pri-
me ſpoliationis ſuper eadem re commiſ
ſe admitteretur vltima violentia impu-
nita remaneret. Quod eſſe non debet.
Attento ꝙ ex interuallo etiam ſuũ ſpo
liaorem ſpoliare non licet.d.l. prima.
ff.de vi & vi arm. Sed ſuper diuerſa re in
quolibet ſpolio procedetur. ¶ Dubita-
ri hoc in loco poſſet, quid ſi excipiendo
diceret ſe non ex interuallo ſed inconti
nenti ſuum ſpoliatorẽ ſpoliaſſe vel me-
liu. recuperaſſe dico ꝙ & ſi incontinen
ti licitum ſit. vt in.d.l.alio tamẽ modo
atq; verborũ forma excipere debet. vt
dicam in ampliat. 23. L X.

FAllit vbi ſpoliatus ad aliã
95 rem (q̃ ſuper illa de qua
per aduerſarium contra
iſtum ſpoliatum petito-
rium iudiciũ ceptum ſit)
reſtitui peteret. nõ enim petitorium in-
choatũ ſuper diuerſa re, ſuperſederi de-
bebit. ex regula. noſtra. Cum ceſſent
iſto caſu rationes.d.l.ſi quis ad ſe fun-
dũ. vt dicit Abbas I.c.ex queſtioñ num.
7. eodem. quod ſi verum eſt etiam pro-
cedit vbi de re ipſa qui petitorio agit &
pro alia poſſeſſorio conuenitur ſpolia-
tus eſſet. ¶ Hec enim fallentia vera eſt
non p̃ſuppoſito ſpolio violento. Alias
non viderem cur ratio. d.l. ſi quis (que
eſt odium reſpiciens principaliter perſo
nam) non habeat in diuerſa re ſicut in
eadem operari. nam quãuis caſus in ea.
l. ſit particularis, ratio tamen generalis
eſt. necnon & verba diſpoſitionis gene
ralia. ibi ante omnia &c. Quod etiã qui-
buſdam rationibus a, me dicẽdis in am-
pliat. 61. oſtendi videtur. ¶ S E D hu-
ic mee concluſioni commniter docto
res aduerſari videntur in.d.c. ex cõque-
ſtioñ. vbi per illum textum ita Innoc.&
Abbas tenẽt. Dicitur ibi ꝙ mulier agẽs
ad reſtitutionem mariti impedit ipſum
maritũ ſuper viribus matrimonii itaq;
ſuper eadem re litigare. niſi vxori prius
reſtituatur, ergo (vt dicunt) ſuper di-
uerſa re nõ impediret. ¶ Primo reſpon
dendum eſſe puto, ꝙ illa decretalis plu
res lecturas habet. Vnde ſuper eam nul
lum fundamentum fiet vt dicit Bar. ſup
hoc vbiq; allegatus in.l.in ambiguo.ff.
de rebus dubiis. ¶ Secundo dico ꝙ nõ
propterea (quia ſic in facto contigerit)
inferendum ſit ad generalem concluſio
nem illam ꝙ poſſeſſorium reintegran-
de non faciat in petitorio diuerſe rei ſu
perſederi. non enim ſummus Pontifex
ibi loquitur magiſtraliter quo caſu ge
neralis concluſio ſumeretur ſed caſuali
ter in matrimonio. Argumento.l.neq;
natales. C.de probat. Poterat enim alia
ratioñ in illo particulari caſu moueri,
q̃ quia ſuper diuerſa re &c. Quid ſi ti-
more fornicationis motus fuerit, vt in
ſimili dicitur de muliere que redditur vi
ro ſuo quãuis excõmnnicato ne vir for
nicetur vt dicit felyn. in.c.fin.num. 12.
de ordin.cognit. Nonne etiam ex hac
moueri potuiſſet vel ex alia. Vnde ſuf-
ficit dare diſtantiam.c.vrgeri.prima.q.
prima, conſequẽter &c. ¶ Hoc eodem
modo reſpõderem ad.c. in literis de re-
ſtit.ſpoliat. non enim magiſtraliter &c.
vt ſupra. ¶ Sic dicam ad tex. in . l.ſi de
vi.C.de iudic. fuit enim caſus corã Im-
peratore propoſitus ſuper eadẽ re, nec
apparet ꝙ imperator (ex eo quia ſuper
eadem res) ſic diſpoſuerit. ¶ Vlterius
dici poſſet ꝙ quãuis communis Moder
norum intelligentia ad.d.c. vera eſſet,
nihilominus aduertendum eſt ꝙ nõ lo-
quitur de ſpolio violento de quo nos:
nullam enim ibidem expulſiuam violen
tiã indicat. Super qua vis(vt ſupra)& du
bitatio noſtra conſiſtit. ¶ Immo aper-
te caſum violẽtum excludit, vt patet ibi
antequã citarentur ab eo &c. Vnde vult
aliud eſſe poſtquam ſuper eiuſdem Rei
petitorio citata fuiſſet vt ſic petitoriũ
tunc impedire non habeat. Patet igitur
ꝙ non loquitur in vi expulſiua, quia ſic
ſi loqueretur. diſpoſitio. d.l.ſi quis ad ſe
fundum

fundum correcta remaneret. Que tamē
indiſtincte tam ante, q̃ poſt citationem,
petitorium impediri vult cum ante om
nia &c. Quia tamen correctio euitanda
eſt vulg. l. ꝓcipimus. in fin. C. de appell.
cum ſimil. & vulg. igitur &c. ¶ Nō ob⸗
ſtant rationes inducte per. d. Cardinalē
quia reſpondet & Bene. d. Abbas. in. d.
c. ex conqueſtione num. 7. quāuis ali⸗
ter deinde concludat. ¶ Minus obſtāt
rationes d. Abbatis in quibus conclu⸗
ſionem fundat. illa videlicet ꝙ ante re⸗
ſtitutionem rei ſubtracte de eadē re quis
litigare non debet. Cum quilibet ſpo⸗
liatet poſtmodum ad ſupplectandum il
lum (qui reſtitui petit) litigaret. Item
quia ſpoliatus inermis & nudus litigare
non cogitur. c. frequens eodem. & Res
(vt dicit mali exempli eſſet, nō ſic vbi
ad diuerſam rem &c. Quibus reſponde
rem eſſe maiorem ſupplantationem vbi
ad diuerſam rem, maxime coram iudice
diuerſo. Moueor quia pluribus inten⸗
tus nō ē ad ſingula ſenſus. vt per ſpec. de
aduoc. ꝯ. ix. Itē id ꝙ nō debeat litigare
inermis, tā ſuper diuerſa re q̃ ſuper eadē
verificatur. nam vtraq; effecta eſt litigio
ſa, vt ſic de ambabus diſponere nequeat.
vt in titulo. C. de litigioſ. ¶ Vlterius di
co ꝙ non hec ſunt rationes, Cur in peti
torio (quāuis ſuper eadem re moto)
audiendus non ſit. Sed eſt odium violē⸗
ti facti. reſpicientis perſonam violēti ho
minis. vt in d. l. ſi quis. vbi pondera ver
ba. non autem diuerſitatem rerum ſiue
cauſarum. ¶ Finaliter concludo ꝙ aut
ſpolium fuerit non violentum, & tūc ſi
a, ſpoliante petitorium prius ceptum fu
iſſet, per poſſeſſorium recuperande de⸗
inde motum ab aduerſario non impe⸗
dietur. nam vigilantibus nō autem dor⸗
mientibus iura ſubueniunt vt in. c. vigi⸗
lanti. de pſcript. debuiſſet enim ſpolia⸗
tus incontinenti iudicem adire iuxta. l.
qui prior ff. de iudic. c. ii. de ordiñ co⸗
gnit. Et iſto modo procedat fallen. ſup
46. Quod videtur dicere textus in. d. c.
ex conqueſtioñ. ibi priuſquam a, iudi
cibus mulier citaretur. ¶ Si vero non
prius petitorium inchoatum fuiſſet, &
tūc per poſſeſſorium ſuperſederi debet
ſecundum eorum intelligentiam, quam
pro certo puto ꝙ Papa minime ſenſe⸗
rit. ¶ Aut ſpolium fuerit violentum vt
in terminis Regule noſtre tunc parifor
miter putarem tam diuerſe Rei q̃ eiuſ⸗
dem, petitorium impedire donec poſſeſ
ſorium terminetur. Minus etiam atten⸗
to an prius petitorium inchoaſſet. hec
ita rationibus magis q̃ aliorum auctori
tatibus ductus obſeruarem. LXI.

96 TAllit vbi poſſeſſorio cō⸗
uentus atq; de ſuo domi⸗
nio excipiens, illud nedū
in promptu probare vel
let, ſed & probatio ipſa pa
ratam exequutionē ſecum haberet. alias
probatio parata minus ſufficeret Cor⸗
ſettus. de poteſtate Regia. in fallen. 35.
Cepit a, Bar. hic, dum in prima lectura
vult paratam probationem admitti in
poſſeſſorio adipiſcende non autem re⸗
cuperanda, quod Moderni Peruſini ſe⸗
quuntur. ¶ IN QVO Aduerto ꝙ
eadem ratione qua dominii parata pro
batio nō operatur quominus ante om⸗
nia reſtituendus ſit, hoc eſt odium vio⸗
lentie vt milies dictum eſt ſecūdum om⸗
nes iuncto quia nihil cōmune habet &c.
vt in. §. noſtro. nec parata exequutio
poterit operari. Nam ſi operaretur id
fieret, ꝙ iſti habenti paratam exequu⸗
tionem & ex interuallo, necnon etiam
violenter, ſpoliare liceret. Quod q̃ fal⸗
ſum ſit cuiq; patet. per. d. l. primam. ff.
de vi & vi arm. d. l. vt vim ff. de iuſtit. &
iure cum ſimil. & vulgar. hoc modo cō⸗
tra Corſetti fallentiā cōcludo. ¶ SED.
vbi non violenter itaq; non in terminis
noſtris &. d. l. ſi quis ad ſe fundū, ibi an⸗
te omnia, ſed ſimpliciter reſtitutionem
poſtularet per. c. reintegranda. iii. q. 1.
Vis non ſtat in eo videlicet an paratam
exequutionem &c. Sed alio videlicet an
inſtrumentum inter eaſdem partes con
fectum eſſet, vt is qui conuenitur dñs eē

debeat. Et probatio parata ſufficiat mo
ueor ex regula. l. ii. ff. de his qui ſunt vel
alieni iur. iuncta. l. bone fidei. C. depoſi-
ti. ¶ Aut inſtrumentum inter alias par-
tes confecerit & exequutio parata non
ſufficit. vt in rubr. C. res inter alios acta.
Sed actor reintegraretur non obſtante
regula dolo facit. Cum certum non ſit
iſto caſu actorem eē reſtitutum quo ca-
ſu regula procedit. nam poſſibile eſt ꝙ
poſſeſſio nō penes dominum ipſum col
locari debuerit & argumento. §. noſtri.
deinde ſi Reus ſe habiturum poſſeſſionē
intēdit, rei vēdicatione vtatur. ¶ Aliud
vero dicam in poſſeſſorio adipiſcende
in eo enim dominium ad ſe poſſeſſionē
trahit. d. l. bona fides. atque in eo
omne ſpoliantis odium ceſſat. ex quo
in mente Bartoli dictam differentiam
genitam eſſe puto. LXII.

97 Fallit vbi exceptio domi-
nii incontinenti proban-
di pro publica vtilitate
principaliter proponere-
tur. Ex his moueor que
in. 18. fallen. loquutus ſum. & infero cō
tra poſſidentes ea. que publici iuris ſunt
de quibus in. §. riparum. Inſtit. de rerū
diuiſ. ꝙ ſi inde expellantur reſtituendi
non eſſent. faciunt tituli. ff. ne quid in lo
co publ. ne quid in flumiñ publ. Nam
quāuis de dominio ad poſſeſſionem re-
gulariter nō ſit inferendum vt per tex.
noſtrum. Nihilominus publica vtilitas
in hoc ꝑualet. Induco Bal. in. l. ſi quis
conductionis circa finem. C. locati.
¶ QVERI poſſet de fiſco ſpoliante
an poſſeſſorio conuentus de ſuo domi
nio excipere poſſit. Videtur ꝙ non. ar-
gumento. l. nō puto. ff. de iure fiſci. Cō-
cludo affirmatiuam & moueor quia fiſ-
cus ſuper dominio priuilegiatur ita
ꝙ alterius etiam lōgiſſima poſſeſſio nō
ſit ei nocitura. vt in. §. Res fiſci noſtri.
inſt. de vſucap. Vnde quia in ipſo Fiſco
nulla vis per eum commiſſa ꝑtendi po-
teſt, & ſi ſi eius Procurator eam commi
ſiſſet, conſequenter ratio. d. l. ſi quis ceſ-
ſat, ideo &c. Pro hoc ē textus l. l. 2. l. §.
Item diuus. ff. de iure Fiſci. Faciunt que
in tractatu editionis poſui ad num. 18.
Impreſſo de āno. 1543. Hec in Fico ma
xime procedunt vbi fiſcus non vt ſpolia-
tor ſed vt tertia perſona compareret vt
dixeram in fallen. 9. & ita reſtringo. d.
l. ſi quis. in primo verbo. ibi. ſi quis.
& vide que de fiſco dicam in vario ca-
ſu in Ampliat 53. LXIII.

98 Fallit ſecūdum Corſettū
in ſua fallen. 49. vbi Ca
pellāus ſuis Parrocchia
nis ſacramēta denegaſ-
ſet. nā ſi poſtea decimas
ab eis peteret, exceptione ſpoliationis
ſacramentorum repelli poterit. per tex.
in. c. cum dilecti. de ordiñ cognit. Iſto
enim caſu dicit, ꝙ Capellanus non eſt
ſpoliatus vt per Barbat. in. d. c. 22. col.
& ibidē Butrius poſt lapum in allegat.
nam qui non facit ꝙ debet non recipit
quod oportet. vt per glo. in. l. ſi nō fue-
rit. ff. de iure iur. Ad quod Bal. & Salyc.
in. l. cum proponas. C. de Pactis. ¶ Ad
do aliam rationem nam Capellanus nō
propterea q̄ſi poſſeſſioñ iuris deciman-
di priuatur. Si igitur ex ea non eſt ſpo-
liatus neq; ipſis decimis ſpoliat' dici po
terit cum nunquam decimales Res poſ-
ſediſſet, vnde quāuis in ſe fallentia vera
ſit non tamen ad propoſitum facere vi-
detur. arg. l. decem. de verb. oblig. nam
vbi non datur poſſeſſio (ficte ſaltim) ibi-
dem non datur ſpolium. c. ex parte. vbi
glo. antepenul. eodem. ¶ Niſi conſan-
guinee reſtitutio peteretur vt in. c. lite-
ras. eodem. ¶ Vel ſeruus Res domini
abſentis, quas ipſe de iure nō poteſt poſ
ſidere, petat. l. 1. C. ſi ꝑ vim. vel alio mo
do. Aut ſi vxor reſtituatur ad res ſibi a,
viro datas, nam eas poſſidere non po-
teſt. l. prima, in. §. deiicitur. ff. de vi & vi
arm. In quibus caſibus ideo in pro-
priam ſpoliationem eſſe dicendum eſt.
Et his exceptis non poſſidens, non
ſpoliatur. d. l. decem. & conſequen-
ter non reſtituitur. LXIIII.

99 FAllit vbi Mulier a, Marito propter dotem eidem promiſſam & non ſolutã expelleretur. c. veſtras. vbi doct. de donat. inter virum & vxorem. l. fin. vbi Bal. & Salyc. C. ad velleian. Alex. in. l. ſi cum dotem. ·§· ſi autem in ſeuiſſimo. ff. ſolut. Matr. Doctores. i. c. ſalubriter. de vſur. & in. c. quemadmodum. de iure iur. Cum allegatis per Corſettũ in fallẽ. 45. LXV.

100 FAllit quando pro recuperãda poſſeſſioñ (que tempore quo fuit occupata ab ipſo reo, vacabat) ageretur. vt eſt gl. notabilis & communiter approbata. in. l. fin. C. vnde vi. Angel. in. l. ii. C. de edict. diui Adriani tollen. Ratio in promptu eſt, quia caſus hic nõ cõuenit ad. d. l. ſi quis, in verbo. Expulſus. & ibi vim poſſidenti intulerit. Vnde id ſequitur, ꝙ cui verba nõ conueniunt nec eius diſpoſitio. l. iiii. in ·§· totiens. vbi Bar. ff. de damn. infect. larga fallen. eſt. LXVI.

101 FAllit in caſu quo Sacerdos corpoř mortuo ſpoliatus eſſet. & corpus ſepellitũ inde ſit, nã vt euitetur corporis humãi vexatio non reſtituetur Innoc. in. c. cum liberum. de ſepult. Etiam ſi per attentatorum viam (quod pinguius eſt) ageretur. Rota in antiquis. 351. Felyn. in. c. ſicut Iudei. de Iudeis. Addendo tex. in l. ſunt perſone ibi. ne inſepulta corpora. iacerent. ff. de religioſis. hyppol. in ſingul. 199. LXVII.

102 FAllit vbi quis dolo duct' poſſeſſionem ipſius Rei ad verum dominum trãſtuliſſet. tũc enim (vt puto) ne dum nõ ante omnia, ſed nec vllo modo reſtituetur nam dominus ipſe iuris auctoritate nũc poſſidere Reperitur. argumento. l. bonefidei ff. depoſiti. Et ſine vitio Moueor quia (quãuis vitium interceſſerit in trãſferendo) non tamen eſt in poſſidendo d. l. ſumitur hec fallẽ. ex dictis Bal. in. l. fin. ff. ꝙ metus cauſa. & hoſtienſ. in. c. olim cauſam. in verbo duxeritis. eodem titulo noſtro recitatis per Tiraquel. in prefactione retractus. num. 70. ℂ Que tanto magis procedit in vſufructuario per dolum inducente quem ad ſibi tradendam poſſeſſionem in qua ius vſufructus habet, quanto ꝙ in eo Regula. noſtri ·§· Ceſſat, facit id. dolus an virtus quis in hoſte requirat. Sic limitandum eſt. c. reintegranda. ibi per dolum &c. vide ſupra, fallen. 56. LXVIII.

103 FAllit ſecũdum Iaſonem in. l. prima. ff. de noui operis nũc, in tertia col. vbi ſpolians poſſeſſorio conuentus ad probandum de ſuo iure ſeu proprietate de facto a, iudice admittatur & admiſſus probaret, nam tunc pro Reo iudex ſententiam ferre debet. vt dicit tenere Innoc. in. c. conſtitutus. de filiis presbyt. ℂ Hec fallentia (vt puto) periculoſa eſt, quaſi dans iudici poteſtatem, que iuribus inhibetur. neq; Innoc hoc mihi dixit, ſed loquitur de notorietate illa quam allegaſſe ſufficiat. vt in fallen. 17. poſui. Sed vbi probari deberet non viderem admodum quomodo iudex reum conuentum citra agentis conſenſum admittere poſſet. atq; beneficium iuris: ſeu. d. l. ſi qs, actori ſpoliato auferre. eſſet enim iniuſtitia manifeſta que nullitati equiperatur vt in iuribus vulg. ſaluetur tamen Iaſon vbi actor a, tali admiſſioñ non appellaſſet, minus proteſtatus de nullitate eſſet, quia tunc conſenſiſſe videtur. Argumento. l. de etate in ·§· qui tacuit. ff. de interrog. action. & eorum que in fallen. prima. diximus. LXIX.

FAllit in herede qui perſonam defuncti repreſentat. vt in auć. de iure iuran. a, morien. preſtito que ob id reſtituere te-

netur per.c.reintegranda.nõ tamen an-
te omnia.de quo principal'r loquimur.
Et quid de ſucceſſore particulari an &
quando non teneatur dicam ad plenũ
in Ampliat. 20.

E XPLICITIS
fallẽtiis quas(cũ
non omnes con
1 ueniant Amplia
tionib' ſicuti re-
gule) retrogra-
pho aliorum or
dine volui ꝑpo-
ſuiſſe, nunc Ampliationes capiã. Vnde.
¶ Primo.d.Regula. l. ſi quis ad ſe fun-
dum.C.ad.l.Iul.de vi. Ampliatur pro
cedere quãuis ſpoliatus in eadem re Pre
do fuiſſet.vt plene Abbas in c.in literis.
eodẽ.de reſtit.ſpoliat. Aliter & plene di
xerã in fallẽ.xvi.Maxime circa finẽ. II.

2 A Mpliatur ſecundum om-
nes procedere & ſi clam ſi-
ne pcario ſpoliatus a,ſpo-
liante poſſideret habetur
inſtit.de interdic. in.§.re-
cuperande. Quod intelligas de preca-
rio ad tempus determinatũ, ſecus ſi ad
bñplacitũ.p ea.dixerã in fallẽ.49. III.

A Mpliatur vt Perempta re
ad quã reſtitui peteretur,
3 vt procedat ad eiuſdem rei
extimationem.nõ obſtan-
te compenſatione cuiuſuis
liquide quantitatis.l.fin. C. de cõpenſ.
In quo ſpecul. in titulo. de accuſat. in
verſic.ſed q d ſi Cappa.in.8.col. Rota.
in vltimis deciſ.18.in verſic.vtrum & in
fra dicam in Ampliat.23. IIII.

A Mpliatur vt ne dum ad ip-
ſam rem ſed & fructus eiuſ-
4 dem. Expenſas erogatas
in lite.omnia damna. paſ-
ſa & intereſſe ob ſpolium
commiſſum. c. accedens.el.2. vbi Ab-
bas in notabilibus.vt lite non conteſt.
Quinimmo & ad omnes vtilitates ob
ſpolium amiſſas. Specul.in titulo. de re
conuen.in.§.nunc.num.iiii. Et ad fru-
ctus veriſimiliter percipiẽdos.c. grauis.
eodem.Bar.& doct.in.d.l.ſi quis.Rota
in.nouis.25.vbi ꝙ ne dũ violentus ſpo
liator (de quo nos loquimur) eos qui
p veteres poſſeſſores percipi potuerũt,
ſed etiam non violentus (ſi tamen atten
tauerit) cum dicatur doloſus, temera-
rius, contemptor iuris & mũdi, reſtitue
re.vel extimationem ſpoliato preſtare
tenetur. Niſi quoquo errore probali ex
cuſationem mereretur vt per Cyn.in.l.
Certi.C.de rei ven. ¶ CIRCA Fru
ctus duo videri oportet. vnum de perce
ptis,aliud de percipiendis. Ad primum
eſt deciſ. Rote in antiquis.83.ibi plene
reſtitutus &c. Iunctis dictis per Archid.
in.c.quia ſepe.in fine.de elect. in. vi. &
vbi concluditur vt ſupra. ¶ Quod de
perceptis limitatur in beneficialibus ex
rationẽ quia fructus ſunt res profane, &
Rerum profanarum exceptio(cum agi
tur de beneficio)non admittenda eſt.c.
frequens.in.fine. de reſtit. ſpoliat. alias
eodẽ in.vi.ſic loquitur in.ãtiquis. 553.
¶ CAVE Nam.c.frequens. loquitur
de ſpiritualibus vt gl.ibidem, ſic etiam
ſpecul. de petit. & poſſeſſ.§.p. num.xi.
Nihilominus alia ratione cum glo.trãſi
bo.dum videlicet.Allegat. C. de com-
penſat. Dumq; dicit Eccleſiaſtica publi-
ci iuris eſſe. ¶ ET Contra Rotam fa-
cit quia & ſi res profane ſint, tamẽ acceſ
ſorie.ſed negari poteſt poſtquam ſunt
a,ſolo ſeparati.habetur per Bar.in.l.ex
diuerſo.& in.l.eius.ff.de rei ven.vel ſal-
tim conſumpti. ¶ Sed quia inſtaretur
ꝙ in odium violenti non habentur pro
ſeparatis.vt etiam ratio lucrorum futu
rorum haberi debeat vt i ſuprapoſitis &
allegatis. Tutiorem opionem exiſtima-
rem. Quam tenuit Paulus de Eliazar.
in rubrica eodem.dicẽs fructus peti poſ
ſe interdicto. Cũ acceſſoria & ſine prin-
cipali cum interdicto petãtur. per text.
in.c.grauis.eſt tex.cũ glo.in.l. ſi de poſ
ſeſſione.C.vñ.vi.arguẽdo.a,fortiori.&
in.l.prima.ff.de vi & vi ar.vtrobiq; gl.
& hoc tenet Archid.in.c.reintegranda.

iii. q. prima . que ratio ceſſat in . c . frequens.cum ſimil. vbi non veniunt acceſſoria.ſic igitur ibidem puto diſtinguendum eſſe vt minus.d.regula offendatur. Argumento.c.cum expediat.de elec. in vi.cũ ſimil. Vnde quia ratio que eſt odium ſpoliatoris tam in fructibus viget q̃ in principali vt per archid..vbi ſup̃.igr̃. &c.Quod etiã Rota in vltim. deciſion. Biſigneti incipien.ſpoliator. ſequuta ẽ. hoc addo ad Abbatem in .c. in literis. num.7.eodem.dum vult in cõſumptis dari conditionem ſine cauſa in extantibus vero rei vendicationẽ. ¶ Crede tamen dari interdictum in quo ſummarie magis proceditur q̃ in actionibus prefatis.argumento, eorum, que dicã in ampliat.59. Ad contrarium reſponde ꝙ non petuntur fructus a,ſpoliato vt cum ſpoliatore agente petitorio vel poſſeſſorio compenſatio fiat. nã quia ſpoliator eſt condemnatus liquido fructus debentur. Sed hoc non p̃ſupponitur in.d.c. non igitur ad non liquida per ſpoliatorem compẽſanda in illo caſu & lege cogitatum eſt.arg.l.fin.C. de compenſat. Item quia neq; in hoc cogitari potuiſſet cum compenſando eſſet committere ſimoniam.c.cum eſſent.c.tua nos. de ſimon.cum ſimil. Qua de re ſum in opinion. ꝙ beneficialia nõ differant a, profanis vt ſic ſpoliator fructibus prius integre non reſtitutis neq; audiatur.niſi ad diuerſum beneficium ageret quo caſu ea differre puto a,profanis & ſic limito que poſueram in fallen.60. vel niſi facultate reſtituendi careret vt dicemus in ampliat.23. ¶ VIDENDVM Eſt de fructibus percipiendis. Ad eos etiam teneri violentum ſpoliatorem certũ eſt per.c.grauis.eodem Rota in nouis.25. niſi iudicis autoritate excuſaretur.& tũc puto diſtinguẽdum vt per Abbatem in. c.cum cauſam.de officio delegat. num. 5, ꝙ aut iudex erat incompetens & ſpoliator nullo modo excuſaretur.cum titulus ab eodẽ habitus pro nõ titulo reputetur.de quo incõpetenti.in ampliat. 16.dicã,ſecus vbi cõpetens & exẽplũ ſit vt in eadem.hoc tamen limita niſi a,pupillo ſpoliator cõuenitretur. eſt ſingul. dictum Romani.in conſil. 454. refertur i apoſtill.ad Abbat.vbi ſup̃. ¶ Et ꝙ dixi de incompetenti procedit ſecundũ Felyn.in.d.c.cũ cauſa num.6.in eo tantum qui nullam iuriſdictionem haberet ſecus ſi aliquam quãuis non in illa cauſa,iſtius enim auctoritas a, percipiendis excuſat. ¶ Quod nõ aliter intelligerẽ q̃ ſi auctoritas ſit illius qui ſit partium ordinarius iudex,per priuilegium tamen aut exemptionem ſeu delegationẽ in ea cã incõpetens erat. ¶ Nihilominns & in hoc aduerto ꝙ aut p̃tendens ſe a,tali iudice ſpoliatum priuilegium ſeu exẽptionem dictam allegauit aut non p̊. caſu cum nulliter ſit proceſſum nulli dubiũ reſtat eum eſſe ſpoliatum & ad percipiendos reſtituendum,nam probata exẽptio tam iudicem ipſum q̃ aduerſarium conſtituit in.mala fide.argumẽto . l.cũ poſtulaſſem ff.de damn.infect.l.mora. ff.de vſur.cã ſimil. ¶ Secũdo caſu quando nõ allegauerit exemptionem ſeu delegationem & tunc (cum renũciaſſe viſus ſit iuxta.l.ſi quis in conſcribẽdo.C. de pactis conſequẽter iuriſdictio ſit prorogata ſeu ſaltim vel proprius loquẽdo non declinata.de quo in.l. prima.ff. de iudic.& in.d.l.ſi quis)iudicium & ſentẽtia tenuerũt . vt videre eſt per totũ meũ tractatum prorogationis fori ſeu de fori prorogatioñ. Impſsũ de ãno. 1547: conſequenter ſpoliatus non diceretur. Vnde vix videtur inueniri caſum ĩ quo a, percipiendis excuſetur. niſi daremus terminos in quibus per errorem iudex aditus fuiſſet iuxta.l. ſi per errorem . ff. de iuriſd.om.iudic. de quo plene.in.d. tractatu in verſic. veniamus ad tacitam. tunc bene crederem excuſari.nihilominus quia tunc non eſt violentum ſpoliũ de quo nos , minime viderem exemplũ adaptabile pro Felyno in iudice incompetenti.ſed potius in competenti qui nõ rite neq; recte quem eiici de ſua poſſeſ

ſione feciſſet itaq; ui ſpoliaſſet vt in.d. ampliat.nã tũc eius actoritas a,percipiẽdis excuſaret. ¶ Que de fructibus & expenſis dictum eſt adeo procedunt ꝙ niſi in totum vſq; ad vnum nummum ſatisfactum fuiſſet ſpoliator non eſſet audiendus.Bal.in.c.conquerente. & notatur in.c.Piſanis.eodem.in.c.ſignificauerunt de teſtibus.Rota in nouis.319. Abbas vbi ſup̃.Crauett.in conſil.140. limito tamen vt in ampliat.23.¶ REDEVNDO non ſic dicemus e, conuerſo,vt habetur in.d.rota(hoc ẽ ſi ſpolians eẽt abſolutus ea ration̄ quia minime ſufficiẽter actor ipſe probaſſet)nã q̃uis ipſe ſpoliatus expenſas in quibus cõdemnatus extitiſſet & vigore exequutorialis aſtringeretur, nõ ſoluiſſet. nihilominus petitorio agere nõ propterea impedietur cum odium ſpoliantis(in quo fundatur deciſio ãterioris mõ poſiti caſus) hic ceſſet. ¶ Et circa fructus vide rotã in antiquis.192.& 883.vbi etiam dicitur ꝙ ſi ſpoliatus conceſſiſſet dilationem ſpolianti ad reſtituendos fructus, & ea pendente ſoluti non fuiſſent, nihilominus a,ſpoliãte petitorium inchoari poſſet,quia nouatio facta dicetur.vt I l.iii.& in.l.ſi ex conuentione.ff. de re iudic.& in.l ii.C.de excep. rei iudic. Poſuit Rota Biſigneti.ad Carte.132.incipiẽte ſpoliator. ¶ AMPLIATIONEM. In fructibus percipiendis nõ aliter obſeruandam dicas, q̃ ſi perſonalis vis in ſpolio commiſſa fuiſſet. nec ſu.ficere vim in rebus,puta hoſtium frãgendo ſpoliato abſente. Specul.de petit.& poſſeſſ.in.§.fin.in verſic. item nota.vbi docet Amicum poſſe prodeſſe Amico. Ad quod Rota in ãtiquis.406.& in nouis 156. ¶ Que tamen diuerſo modo loquitur.in antiquis.129. vbi vult idẽ eſſe contra doloſum vel poſſeſſorem ex cõtractu reprobato.dum allegat.l.ſed & partus.ff.ꝙ metus cauſa.&.c.grauis. eodem.ſed in d.l.pondero verbum potui.& in.d.c.verbum. percepiſſent. ea. enim mihi dant intelligentiam fructuũ pendentium.Qui cum pars fundi dicantur,vt in.l.ex diuerſo.ff.de rei võdic.nõ veriſimiliter percipiendi ſed certitudinarie percipiendi (remoto caſu fortuitu) appellari merentur. inde eſt ꝙ in rei vẽdicatione quodue in hereditatis petitione venire indubitatum ẽ.vt per iura gloſe in.d.c.vbi de male fidei poſſeſſore traditur plene.¶ Vide pulcre per Rom.in ſingul.33.&.39.hec Addo ad Abbatẽ. in.d.c.num.7.Atq; recedo a, Rota.d. 129. Inherendo potius Rote in antiqs 406.quam intelligo in percipiẽdis tantum per ſupradicta. ¶ Ad verbum percepiſſent.in.d.c.etiam alio modo dico ꝙ ibi loquitur de in perſonali. pondero verbum.grauis. & verbum. iniuriis. non mirum ſi etiam veriſimiliter percipiendi venirent. ¶ Quod cum verum ſit qualitas perſone ſpoliati atq; peritia (ſibi prius in litem iuramẽto delato per iudicem) attẽdenda eſt. Do.Rotam.in ãtiquis.408.nam & pro aliis rebus que tunc veriſimiliter in loco erãt,defertur iuramentum vt per Caſſan.in conſil.5. & Rotam.in nouis.157. V.

AMpliatur procedere vt res libera hoc eſt in eadẽ ſtatu quo ſpolii tempore eſſe reperiebatur,reſtituẽda ſit.c.Piſanis.vbi Butrius & Abbas.eodem.Vlterius dicit Abbas in.c.venerabili.per glo. primam de officio delegat.Spoliantem nõ prius audiri q̃ ſi ſpoliatus per tãti temporis ſpacium poſſederit,quanti ſpolians poſſediſſet,& per tex.in.c.ii.&.c. quãdiu.iii. q.ii. ¶ Aduerto ꝙ iura ſua non minus in ſpoliato ab vnica tantum re loquuntur.iũcto.c. oportet. Eius tamen dictum pro ſingulari tenuerunt Curtius iunior.in cõſil.91.Crauett.in cõſil.40. ¶ Quod tñ limitarẽ nõ procedere vbi ſpoliãs de ipius tpis ĩtereſſe ſatisfaciſſet. & moneor qa ẽt publice ĩtereſt ne dñia ſint in incerto,inſtit.de vſuc.que rõ ceſſat in.d.c.p̃.&.c.q̃ diu.¶ Addo per tali dicto exemplum.in ampliat.38. VI.

33 AMpliatur ut ſpoliat' ante omnia reſtituatur ad feuda etiam ꝙ de titulo non doceret. ex ratioñ quia feuda quandoq; ſine titulo queruntur, puta ſucceſſione, inueſtitura, uel quia ipſa tenuerit p Annos. 40. faciendo ſeruitia Regi. ut concludit Iſernia in. l. Imperiale. §. preterea. de prohib. feudi alien. per Federicum. ℭ Que in officiis per Rege conferendis minime cadunt. Ita Capicius in Neapol. 77. atq; reſpondet ad ſupra dicta. in. fallen. 31. ℭ Sed infra annum in feudis poſſeſſoriũ recuperãde non poſt inchoari poſſet afflictus ĩ Neapol. deciſ. 196. poſt Iſerniã vbi. ſup̃. XXXIIII.

34 AMpliatur procedere in eo qui renũciauit ſeu ceſſerit ſuo dominio & poſſeſſioni in fauorem alterius. Nam ſi a, tertio violenter ſpolietur, ante omnia reſtituendus eſt. Quia quãuis de iure non tamen de facto poſſeſſionem amiſit. vnde hoc vltimum ſat ẽ. per rõnem. d. l. ſi quis rota in nouis deciſ. prima. Innoc. in. c. ſup hoc de renunc. Quod procedit in profanis. ut per Caſſiad. I deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. Secus dicunt in beneficialibus. ℭ Aduerto ꝙ rationes iurium de qui-

bus ibidem & in profanis vigent. quia per renunciationem perditur naturalis ſicut Ciuilis.l.iii.§.in amittenda.vbi gl. Alexan. & communiter ſupra. eodem. ¶ Vnde in iſto caſu credam profanorum reſtitutionem potius officio iudicis q̃ remedio d.l.ſi quis.ſiendam eſſe ſicut in ſimili de aliis detentoribus concludit Abbas.in.c.contingit. de dolo, & cõtum.num.20. ¶ Inter quos tamẽ illa differentia eſt, quia qui precario vel &c.detentori conceſſit, aget reintegranda. vel alio mõ vt ibidem Abbas. ¶ Nõ ſic is cui renũciatum eſt, nam poſſeſſionem (& ſi renunciatus amiſerit) non tamen ipſe acquiſiuit.l.cum heredes.i. eodem. Ergo minus ſpoliatus. vulg.l.decẽ de verb.oblig.vt in alio propoſito dicit Fran.de Curt.in conſil.70. in ſecunda col.verſic.q̃nto &c. ¶ AMPLIATIO procedit in beneficialibus, puta ſi poſt renunciationem ante ipſam ſpoliationem renuncians per triennium pacifice poſſediſſe repertus ſit. & quia ius ſibi de nouo queſitum eſſe pſumitur, itẽ quia ordinarius eum ſine titulo tãto tẽpore non ſuſtinuiſſet vt dicit Lapus.in alleg.89. Milis in verbo bñficium impetrans.in repertorio ſuo. Anchar. in conſil.117.Caſſiad vbi ſupra.eſt regula Leonis.X.de triennali poſſeſſore nõ moleſtando.& in deciſ.incip.Lapi allegatio.ſub titulo.de cã poſſeſſ. ¶ AMPLIATIO procedit ſi cum perſonali violentia ſpoliatus extitiſſet, & poſtmodum iuri ſuo renunciauerit vt dixeram in fallen.14. ¶ ITEM procedit in bñficialibus quãuis non cum perſonali ui ſed metu ſpolium cõmiſſum ſit atq; poſtmodum renũciatum. iis enim caſibus ante omnia reſtituetur. vt ibidem dictum eſt.

XXXV.

35 AMpliatur procedere nõ obſtante quauis ẽt lõgiſſimi temporis pſcriptione, nam quando res ipſa violẽter poſſidetur ſui natura impſcriptibilis eſt.§.furtiue.iuſtit, de vſucap.c.poſſeſſor.de regul. iur. in. vi. Abbas in c.cum ex officii.col.4. de vſucap. Caſſiador.de reſtit.ſpoliat.decis.6.num.5. ¶ Dubium eſt vbi nõ violẽter, vna pars & communior dominorum tenuit idem. ¶ Alia minor pars (in vno voto tantũ) reſedit vt iuri agendi per.c.reintegrãda.ſpatio triginta annorum inter pñtes vel.xl.inter abſentes pſcriberetur, per.l.ſicut &.l.cum notiſſimi.C.de pſcript.xxx.ãnorum. ¶ Iſtorũ fundamentis.potius moueor de quibus in.d.deciſ. ¶ Non obſtant verba in.d.l.ſi quis.ibi quacunq; conditione temporis.quia iungo cum aliis.ibi.dolo aut violentia maiorum. itaq; textus ibi loquitur in terminis d.§.furtiue. & c.cum ex officii vbi Abbas in prima. & iii.col.de pſcript. Adde.l idẽ.eſt.§.hoc interdictum.ff de ui & ui arm. Hoc modo tollo potiſſimũ fundamẽtũ cõtrarie opinionis. Dico. n ꝙ in illo. c. Canonum pſcriptio non reprobatur niſi vbi ui vel dolo ſpoliatus a, maioribus extitiſſet. ¶ Nec obſtat ſi pſcribens cũ aliena iactura locupletari dicatur, cõtra.l. nam natura.ff.de condit.indeb. Quia dicere ſufficiet ꝙ ſic legi placuit. arg.l. fin.C.de annali except que lex. (Remota mala fide) iure Canonum obſeruanda ẽ per ea que doct.in.c ꝑ.de nou.operis nunc. Allego etiam textum.in Regula malefidei poſſeſſor.iu.lib.vi. Quia, ſenſu contrario vult bone fidei pſcribere poſſe. ¶ Hoc tenerẽ dummodo ius expſſe pſcriptionem non reprobaret, vt etiã in.d.deciſ.recitatur. num. 5. ſed duntaxat reſiſtat.atq; is (contra quem agatur) & bona fide, atq; titulo (puta ſpoliatoris ſucceſſor eẽt iuxta. l. qui in alterius.ff.de regul.iur.) per tempus immemorabile poſſediſſet. Secũdum Cardinalem & ſequaces relatos in.d. Rota. num.4.in fine.non enim contra talem remedium d.Canonis daretur vt iſdem Caſſiador. referens ſuper hoc Felynum in.c.cum cauſa.de re iudic. in col.iiii. ¶ Non obſtat Alex.in conſil. 6.num:

iii. vol.iii.Quia vt opinor min' loqtur
vbi titulus cũ longiſſima poſſeſſioñ, bo
na ꝫ fide vt hic cõiungantur.hoc mõ re
ſtringã Caſſiad.in deciſ.7. XXXVI.

36 AMpliatur vt etiam in ca-
ſibus quibus agenti recu
perande dominii excep-
tio obſtaret. de quibus
in prima fallentia habui
mus Regula noſtra procedat ſi tamen
ſpolians per prius rem ipſam a, poſſeſ-
ſore ipſo poſtmodum ſpoliato condu-
xiſſet quod ſpolium eo ipſo committi
dicitur quo finito conductionis tempo
re ipſam rem conductam reſtituere de-
negaret vt in terminis.l.ſi quis cõductio
nis.C.locati vel nõ adhuc finito tẽpore
ipſi locatori penſionem perſoluere re-
cuſaret vt in ſimili de ãnuo cẽſu de quo
ſupra.30. nam ante omnia reſtituetur
vt in.d.l.quam ſequitur glo.in.l. nõ ab
re.C.vnde ui. ¶ Secus ſi ipſe dominus
conducens eſſet etiã poſſeſſor quia tũc
(& ſi ſciens ſe eſſe dominum & poſſeſſo-
rem ipſam rem cõduxiſſet per quod poſ
ſeſſionem amiſiſſe videtur cum iure can
tum ſit poſſeſſorem eẽ eum qui locauit
ad Bar in.l.non ab re.ff. de iur. & facti
ignor.)non tamen ſequitur vt poſſeſſio
locatori queratur ita vt a, conductore
(Reſtitutionem denegãte vt ſupra) ſpo
liatus dici poſſit. Et conſequenter reſti-
tuendus ſit.Sic Odofredus Iac. de Are-
na.Iac.Butric.Albericus.Bal. Salyc. &
communiter in.d.l. ¶ Quod ſecũdum
quoſdam procedit etiam ꝙ inter eaſdẽ
partes dominium notoriatum eſſet. nã
conducendo locatoris poſſeſſionem af
firmat. ¶ Quicquid ſit concludo cum
predictis nam & error in conducendo
interuenire potuit. Argumento.c.ſicut
vrgeri.prima.q.prima. XXXVII.

37 AMpliatur procedere ĩ eo
qui ad ſuam poſſeſſionẽ
redire prohibeatur, pro-
pter quod ſpoliari dici-
tur.vt per Bal. in conſil.
177.lib.3.Anchar.in conſil 227.Cor
neus in conſil. 207 .lib.ii.¶ Idẽ ſi ſpon
te recedẽs reuerſus nõ admittatur Alex.
in conſil.78.in.lib.vi. ¶ Quemadmo-
dum ille eſt cui debitor annui cenſus ſo
lutionem denegaret.Innoc. in.c.olim.
El.iii.eodem.c.ſuborta .de re iudic.Cra
uetta in.conſil.140.per repetentes in.l.
Clam poſſidere.in.§.qui ad nundinas.
eodem.¶ In eo tamen differentia nota
eſt, ꝙ nõ ita iuris percipiẽdi annui cen-
ſus quaſi poſſeſſio recuperatur, & arma
ta manu,ſicut corporalium reꝝ de qui-
bus in.c.olim.El.primo.vbi gl.& om-
nes.eodem.l.idem eſt.§.eum. qui. ff.
de ui & ui arm. XXXVIII.

38 AMpliatur procedere nõ
obſtante feriarum dico
meſſium vindemiarumqꝫ
exceptione,vt in deciſ.to
los.159.per.c.fin.de iu-
dic.Quinimmo neqꝫ feriis obſtan.ĩ ho
norem Dei,ſi per prius ſpoliatum eum
eſſe conſtiterit.Federic. de Senis in con
ſil.139 ſentiens tunc nudam exequutio
nem fieri poſſe vt etiam in apoſtill. ad
d.deciſ.¶ Sed hac ratione ſtante.ſimili-
ter fiet per.c.reintegranda. vnde nõ per
l.ſi quis.ibi ante omnia.neqꝫ.priuilegiũ
poſſeſſorii eſſet. ¶ Et circa exequutio-
nem in diebus feriatis quãuis idẽ quod
Federicus videatur velle glo. in.Clem.
prima de offõ delegati.& ſpecul.d feriis
.§.ii.in verſic.& quid ſi tunc &c.nihilo-
minus contrarium tenuit Bar. in.l.pri-
ma.C.de feriis alias in.l.omnes. & Ioh.
An.in addit. ad ſpecul. de libelli con-
cept.§.nunc dicendũ in verſic.25.alias
30.Alex.in cõſil.53 in.v.vol.poſt Bu-
trium in.c.fin.de iudic.dicens hanc eſſe
communem concluſionem ibidem vbi
idẽ tenuit Abbas. ¶ Subdens ꝙ quãuis
illo tempore exequutio non fiat ſi tamẽ
facta eſſet(licet peccatum cõmiſſum fue
rit) valeret,itidẽ dicit de teſtium recep-
tioñ que facta in die feriata in honorem
Dei tenet licet fieri non debuiſſet. nam
non eſt vt dicit actus iudicialis.¶ Aduer
to ꝙ in contrarium vrget textus in.l.ii.

C.de feriis ibi & ꝙ circa hoc factum fue
rit ſit irritum & inane & in. l. omnes. in
vltimis verbis. ibi priuatorum debito-
rum differatur exactio vnde non recedā
a, communi, niſi aliter ex pape tolleran
tia obſeruaretur. ¶ Alias exequut. tan-
quam iniuſte reſiſti impunē liceret vt di-
citur quando notorium eſt doct. in. l.
vt vim. & ſi reſiſti non valuiſſet tunc cre
dam ꝙ aut Creditor eodem die fieri
mandaſſet aut non. primo. caſu puto ꝙ
creditum amittat ſiue dominium ſi pro
rei vendicatione ſit exequutum. per tex.
in. l. ſi quis in tantam. C. vnde ui. ibi an-
te euentum iudicialis arbitrii. vnde for-
tius dico eſſe, quando contra euentum
&c. ꝙ eſt in die Dei. Et per. l. fin. C. de
feriis per quam exequutor puniendus
eſſet. ¶ Secūdo caſu ſi neq; ratū habuit
Creditum non amittet ſed tamen debi-
tor vt ſpoliatus ante omnia reſtituetur.
argumento. eorum que in ampliat. 16.
diximus. in fine. ibi idem ſi cum &c. nec
non exequutor nedum puniatur ſed &
officio priuetur per. d. l. fin. C. de feriis.
¶ Quero q d ſi alter exequutor ordina
retur vt eo ipſo quo rei reſtitutio fieret
iterum exequi debeat. & an exequutio
talis teneat. quod videtur cum omnino
ſententia ſit exequenda. l. a, diuo Pio. ff.
de re iudic. cum vulgar. Contrarium
tene per ea que in. 5. Ampliat. dixeram.
ibi per tanti temporis ſpacium &c. Et
dic ꝙ ſi interim debitor rem amouiſſet
ſibi ipſi met Creditor imputare habet
quia mala electio ſibi &c. §. preterea. in-
ſtit. quibus mod. re contraitur oblig.
& hec procedunt niſi periculum eſſet in
mora nam tunc etiam in perſonam exe
qui licet vt per Bar. in. d. l. ait pretor. in
§. ſi debitorem quo caſu ampliatio ſal-
uaretur. ¶ Vel etiā ſalua in caſu quo ſi
exequutio illo tempore non fieret ſu-
per immobili re puta domo ſpolians
ſic ſe de facili munire poſſet ꝙ difficilis
eiuſdem rei eſſet recuperatio, argumen-
to. dictorum in. fallen. 5. per Paul. & Ia
ſon in. l. 2. C. de edicto diui Adrian. tol-
len. expedit. n. omni tpe futuris ſcādalis
obuiare. arg. l. unice. C. quando liceat ſi
ne iudic. ſe vindic. XXXIX.

AMpliatur procedere ut
35 quāuis in petitorio con-
tra poſſeſſorem ſententia
lata ſit ab eaque appella-
tum ſi appellatione pen-
dente ſpoliās ſpolietur ante omnia etiā
per viam attentorum reſtituendus eſt.
c. ex parte. c. bone. de appell. vbi nō di-
uerſimode hr̄ quo ad fructus. p Ruyn.
conſil. 76. vol. 5. XL.

PRocedit etiā ab heredi-
bus vt quis añ omnia re-
ſtitutus, nā vt dicit Caſ-
40 ſan. in cōſil. 7. num. 52.
quāuis interdictum vnde
ui ſit odioſum, tamen ad heredes trāſit.
p. l. iii. in fine. vbi glo. ff. de ui & ui arm.
not. in. c. ſignificauerūt. de teſtibus. hoc
procedit in rebus ſpolii que ad ipſos he
redes ſpoliantis perueniſſent vel dolo fe
ciſſent quominus peruenirent ut dicit
Bal. in conſil. 331. in tertio vol. ſi vero
non perueniſſent neq; feciſſet &c. vt ſu-
pra. tunc heredes rerum eſtimationem
ſpoliato (ne alieno ſcelere ditentur)
preſtare tenens p ea que diximus in 23.
Ampliat. Non tamen ante omnia hoc ē
antequā ſuper dominio eiuſdem rei ad
ipſos heredes aliūde q̄ ex hereditate per
tinente uel compenſatioū fienda audiri
mereantur moueor quia vim non intu-
lerunt neq; ratam habuerūt &c. de quo
in Ampliat. 20. & argumento Rubrice.
C. ne ex de hic. defunc. ¶ Quinimo per
hāc rationem puto heredes etiam de do
minio habito ab ipſo defuncto contra
violenter ſpoliatum excipere poſſe vel
etiam compenſare dūtamen non proba
retur ipſos heredes non ignoraſſe ſpo-
lium tempore quo hereditatem adiue-
runt hoc verbum addo ad vigeſimam.
Ampliat. dum ibi induco. l. in modicis.
nam ſi ſciuerint quāuis de eorum domi
nio aliunde habito excipere poſſint vt
puto quia nō principaliter, & p ea ſola

re hereditatē acceptaſſent. arg. l. ſi quis
nec cauſam. ff. ſi cert. pet. non tātum de
dominio habito ab ipſo auctore ſeu de-
functo ſicut neq; poterat ipſe defunctus
vt in regul. qui in ius. XLI.

41 REgula noſtra procedit nō
obſtante ꝙ contra agentē
poſſeſſorio redintegrāde op-
poneretur ꝙ ab ipſo ſpo-
liāte rem in depoſitum ha-
buiſſet quodue prius depoſitum conſi-
gnari debuiſſet exemplum ſpoliatus p
antea rem a, ſpoliante in depoſitum ce-
pit itaq; nudam habebat detētationem
hec Ampliatio procedit. vt puto etiam
ſi ſuper depoſito iuratum fuiſſet moue-
or ex dictis domini Antonii de Butrio
quem ſequitur Abbas in. c. cū dilectus.
de ordine cognit. Et Capicius in Nea-
pol. 167. vbi vult ꝙ exceptio ſpoliatio
nis impediat agētem actioñ depoſiti, ni-
ſi iuratū ſuper depoſito facto poſt ſpo-
liationem fuiſſet itaq; non ante. ¶ Ergo
concludo ꝙ tanto fortius actio ſeu con
dictio ex. l. ſi quis ad ſe fundum que pri
uilegiata eſt non minus q̄ illa depoſiti
habet impedire exceptionem depoſiti.
que exceptio ē debilior actione de qua
Butrius &c. induco per hoc. Regul. cui
competit actio. in lib. vi. Nec obſtat ſi
videantur contraria dum de iuramento
ſe habēt ꝙ nō ante &c. vt ſupra quia reſ
pondeo ꝙ ideo non attēditur iuramen
tum in hoc caſu, quia facto recipiētis il-
lud iurans ſpoliatus ab eodem ſeruare
nō pōt, que res ceſſat hic. imo reſtituen
dus ē qa ſua intereſt vt formiter reſtitu-
endo depoſitū. iuram̄ obſeruet. XLII.

42 PRocedit Regula noſtra
& ſi nō ipſe ſed eius Pro-
curator e, poſſeſſione eie
ctus extitiſſet, nō obſtan
te ſcientia domini de ip
ſius Procuratoris poſſeſſioñ. Argumen
to. l. prime. in. §. per Procuratorem.
ſupra. eodē. &. l. ſi Procurator. ff. de ac-
quir. rerum domin. Eſt gl. in. l. ꝙ meo.
in princ. eodē. Nam dominus ipſe ſpo-
liatus dicitur. Afflict. in Neapol. 300. ꝑ
not. in. cum veniſſent. i. eodem & in. c.
ex parte de reſcript. ¶ Quod verum eſt
ſi Procurator conſtitutus fuiſſet ad ca-
peſſendam poſſeſſionem. vt in. d. deciſ.
¶ Sed ſi negociorum geſtor, meo nomi
ne qui eram ignarus, poſſeſſionē adep-
tus fuiſſet a, qua inde expellatur, mi-
hi non competeret interdictum. Minus
condicto. d. l. ſi quis. neq; ratihabitio ef-
fectum operari poterit cū re integra fie-
ri debuiſſet. l. Bonorum. ff. rē rat. habe
ri. integra vero non eſt poſt ſpolium ſe
quutum. Quod ēt Bal. in c. ꝑ. in princ.
quo. tēpore Miles. Ad quod Innoc. Bu
trius Abbas in. c. cum veniſſent. eodē. &
Alex. in. l. quod meo. i. eodē. ¶ IN cō-
trarium ē. deciſ. Afflicti. in Neap. 300.
per doctrinam Alberici in. l. ſi ego. ff. de
negoc. geſt. vbi Iac. de Arena. & Cynus.
Ex ratione quia ratificatio retro trahi-
tur ac ſi a, principio dominiū & poſſeſ-
ſionē habuiſſet. ¶ Sed tranſibo cum pri
mis per. d. l. bonorum. & Addo ꝙ fictio
ſuper impoſſibili de natura non proce-
dit. cum naturam imitetur. §. Minorē.
inſtit. de adopt. cū ſimil. hī in. l. ſi is qui
pro Emptore. de vſucap. per Bar. ſed
impoſſibile eſt vt ignorans poſſideat. l.
prima in. §. ſi furioſus. eodē. Vñ quia
neſciebam illum nomine meo poſſide-
re, neq; credere poteram cum non mā-
dauerim vt poſſideret, itaq; nec in gñe
ſciētia daretur, impoſſibile erat me ne-
ſcietem poſſidere. Vñ ratihabitio ſequu
ta ad tēpus neſciētie non poterit opera-
ri, ſic firmo cū prima opinione. ¶ Nihi
lominus & ſecundam ſaluarē in termi-
nis quibus meo nomine captam poſſeſ-
ſionē non ignoraſſem. Nam tunc (quia
in mei vtilitatem conſentire videor. vt
in Regula. Qui tacet. in libro. vi.) quā-
uis non ante ſpolium ratihabuerim ſed
poſt, tamen ratihabitio operabitur. ac
ſi res integra eſſet. Ex rationē quia prius
poſſidere videbar ſtante prefata regula.
Et ratihabitio nil aliud eē videtur q̄ ꝙ
quedā expſſio eius quod intus habebā.

Iuxta. l.

Iuxta.l.iii.ff.de legat.p̃.¶ Item Aduer
to ꝙ primi non tam ex virtute ratihabi
tionis mouebantur,q̃ ex ration̄. Quia
is (cuius nomine poſſeſſio capta erat)
nūc ſuſpicatur ſe poſſe repelli, ideo ſpo
liari dicitur. iuxta not.in.l.iii.in.§.in-
terdictum.ff.de ui & ui arm. & in.l.clā
.§.qui ad nundinas.per doct.i.eodem.
Que rō eſt Baldi in ſua diſput.incipien.
Accuſat.de ui turbatiua. ¶ Vnde con-
clude hoc Argumentum duntaxat poſ-
ſe procedere in terminis quibus añ ſpo-
lium ſciebat ſuo nomine poſſideri,poſt
ſpolium vero ſuſpicatur ſe poſſe repel-
li.itaq; perdit quā prius habebat.vulg.
l.decem.de verb.oblig.vbi, ꝙ priuatio
p̃ſupponit habitum. ¶ Sed ſi neſciebā,
quāuis & qui nomine meo ceperit poſ-
ſidere,& qui ſibi poſſeſſionem tradidiſ-
ſet vnanimiter in eo vt mihi poſſeſſio q̃
ratur conſenſiſſent non! propterea vi-
derem nec vere nec præſumptiue me
poſſe dici poſſeſſorem.ita vt locus ſit ar
gumēto Baldi de quo ſupra videlicet vt
ſuſpicās poſſe ſſionē perdā &c. XLIII.

PRocedit in cauſa Appel-
lationis.nam nō obſtan-
43 te ꝙ ſpoliatus in prima
inſtantia paſſus ſit ſuper
dominio conuenti ad ef-
fectum excludēdi poſſeſſorium cogno-
ſci, de quo habuimus in fallen. prima:
nihilominus a, ſententia contra ſe lata
ſi appellet inſtans ante omnia (hoc eſt
antequam ſuper exceptionibus dñii diſ-
cuſſis cognoſcatur) reintegrari, Audi-
endus eſt.Butrius.in.c. paſtoralis.§.ſi
vero.de cauſa poſſeſſ.& propr. ¶ Quē
(quāuis Rota in nouis.Deciſ.205.Re-
prendiſſet in profanis per Clem. vnic.
de cauſa poſſeſſ.& propriet.) tamē Car
dinalis & Abbas in.d.c.ſubſtinebant.
Quos Aretinus hic ſequebatur.Et couſi
lium Neapolitanum. vt per Capicium.
in deciſ.28. ¶ Declarando tamē eos lo-
qui, vbi dominiū a, reo poſſeſſorio re-
integrande conuento iam principaliter
& non per viam exceptionis deductum
fuiſſet.nam tunc ab Ampliatione de iu
re tamē ciuili recedebāt.per ea que Bar.
& Iaſon hic.Iure autem canonico in ea
dem.ſtabant ſic etiam loquitur (ſi Ad-
uerto) d.Rota ¶ In quibus omnibus
attendo, ꝙ (dum dictum eſt de iure ci-
uili &c.) limitaretur in caſu quo poſſeſ
ſorio ageret per viam attentatorum. vt
ſi poſtquā appellaſſem a, ſententia pro
dominio tuo lata me ſpoliaſſes. nam
(vt puto) eo ipſo quo de hoc ſpolio cō
ſtare ceperit (me petente) ſuperſederi
in petitorio debebit. Quia plene proba
to ante omnia ne dum reſtituendus ſū,
ſed dominium tuū acquirā.per.l.ſi quis
in tantam.C. vnde ui. ¶ SECVNDO
in iis conſidero dum dicebant per viam
exceptionis iure ciuili &c. Immo tunc
fortius ab Ampliatione recedendum eſ-
ſe.Moueor ex his que poſueram in fal-
len.prima. ꝙ Actor patiēdo ſuper dñio
cognoſci per modū excluſiuū ſibi met
ipſi p̃iudicauerit magis q̃ per ſententiā
ſequutam,vnde quoniam appellatio re
ducit cauſam ad tempus poſt conteſta-
nem.vt in.l.ita demū.C. de Procur.vbi
Bar.& notiſſimum eſt, nō viderem quo
modo ius cognoſcendi vt ſup̃ queſitū
in conteſtatione, per appellationē acto
ris ab inuito Reo auferri poſſit. Argu-
mento,regul.quod noſtrum. de regul.
iur.in.vi. ¶ TERTIO Conſidero
minus iure canonico locum eē amplia-
tioni ſi pro Rei dominio in prima in-
ſtaniia principaliter ab eo moto cōtra
Actorem reintegranda. Iudicatum ſit:
nam.d.Clemen.non p̃ſupponit eſſe iu-
dicatum,immo cōtrarium vt patet.ibi:
ante concluſionem &c. ¶ Item neq; p̃-
ſupponit in prima inſtantia poſſeſſorio
fuiſſe actū,nam concurrentibus his duo
bus in prima inſtantia inciperet conſta
re de non iure agentis.Cum eo ip̄o quo
pronunciatur pro petitorio conuenti
(quāuis ab eodem prius & principaliter
intentati) appareat,ſeu ſaltim apparere
incipiat agētem poſſeſſorio reintegran-
de tituli colore carere. quo cau in bñfi-

cialibus non auditur. vt diximus in fallen. 22. nam appellans pſumitur habere malam cauſam pronunc. induco Bertach. in verbo appellans num. 90. Iuncto quia canones fugiunt vitioſum ingreſſum vt diximus. in fallen. dicta, quo modo igitur dici poterit in ſecunda inſtantia petitorium ſuperſederi. Immo eo fortius in petitorio debere procedi. Vnde concludo ꝙ in vtroq; etiam iure canonum procedendum ſit. ¶ Non obſtat. c. paſtoralis. de cã poſſeſſ. & propriet. Quia dico ꝙ ibi ab eodẽ vtrunq;, hic ab vtroq; vnum propoſitum fuit. uidelicet. ab vno petitorium, ab altero poſtea poſſeſſorium. ¶ Non obſtat clem. dicta: Quia loquitur vbi ſpolium in prima inſtãtia nunquam agitatum fuiſſet, vt ſuadent verba ſua. ibi appellanti ſpolium intentare. ¶ Nec obſtat. c. ex conqueſtiõ. eodem. Quia mihi videtur vt ſit pro noſtra opinione, nam appellatio fiebat ibi non a, ſententia ſuper petitorio lata (nam lata non erat) ſed a, proceſſu. Ad verba ibi. Reſtitutione denegata. dic ꝙ intelliguntur vt ſonant. hoc eſt quatenus de facto denegabatur non in vim decreti. Seu interloquendo, Ita ꝙ tale decretum non aperit notorium, nõ ius alterius partis. de quo dixi. ¶ Nõ obſtãt Neapolitani in deciſ. pfata, Quibus reſponde ꝙ quãuis verum ſit quedã poſt appellationẽ fieri poſſe, que in prima inſtantia fieri non potuerunt. vt per doct. in allegata. l. Admonendi. ff. de iure iurando. tamen hoc ad noſtrum nõ eſt propoſitum, nam hic facta fuerũt in prima inſtantia. hoc eſt pſtitus conſenſus. vt ſumitur ex patiẽtia iudiciali. d. §. qui tacuit in. l. de etate. ff. de interrogat. action. Et in iudicio quaſi contrahitur. l. Pomponius. §. idem ſcribit. ff. de Procur. Itaque ſicut ex contractu ius parti queſitum eſt. quod a, ſe auferri &c. vt ſupra. d. l. id quod noſtrum. ¶ Si vis alia pro intellectu Clementine prefate. & pro. c. ex conqueſtion. vide ſupra in fallen. 24.

XLIIII.

44 PRocedit in terminis. l. ꝙ meo in. §. ſi venditorem. & l. prime. in. §. ſi iuſſerim. 1. eodem. & l. Clauibus. ff. de contrah. empt. quãuis non vere ſed ficte poſſeſſionem adeptus ſim, concurrente volũtate trãſferentis eam & acquirere volentis in cõſpectu ipſius Rei, non propterea ſi alter violenter eam occuparet, minus ero reſtituẽdus. ¶ Nam & ſi quis in poſſeſſionem Eccleſie clauſe (cuius cuſtodia in tempore vacationis alteri data eſſet nõ tamen poſſeſſio vt dicit Compoſtellanus in. c. tranſmiſſa de elect.) immitteretur, non aliter q̃ per anulum ſere ſeu ſerature, tamen ſi a, Cuſtode nõ admittatur, dicitur ſpoliari. Iuxta poſita per Bart. & doct. in. l. clam poſſidere in. §. qui ad nundinas. eodem. & ante omnia reſtituendus eſt Rota in vltimis deciſ. 18. in verſic. an inductus, & equidem uis eſt perſonalis. que requiritur vt añ omnia &c. d. l. ſi q ſibi expulſum. & ibi vim poſſidẽti. ¶ Nihilominus quia ſimplex verbalis nõ admiſſio differt a, facto (qd factum in. d. l. requiri videtur) oportet ſaltim ꝙ cum verbali aliqua verba minatoria ſeu ſimilia aſſociata fuerint, ut ante omnia &c. Itaq; ſi agẽs ante omnia velit &c. neceſſe eſt eum diligentiam introeundi ac poſſeſſionem habendi peregiſſe. neq; ex ſimplicibus verbis deſtitiſſe niſi vel ſaltim minis fuerit reiectus. ¶ QVIBVS etiam addendum eſt ꝙ poſſeſſio quandoq; ficte transfertur nõ datis clauibus, minus Rei aſpectu cõcurrente, vt eſt exemplum in eo qui auctoritate domini ſeu poſſeſſoris pẽſionem vti ſuam a, locatore exegiſſet. (vt ſuam ĩtellige iuxta titul. ff. pro ſuo. & per gl. in. c. cum veniſſent vbi Abbas. num. 11. eodem) nam acquirit ipſius autorizantis poſſeſſionem non autem alterius ſi ab altero poſſideretur. vt dicit Bart. in. l. quãuis. 1. eodẽ. Calcan. in conſil. 55. ¶ ITEM illa etiam ficta eſt vbi quis rem ſuam ſciens conduxiſſet ab altero

reſpectu enim conducentis ille alter acquiſiuit poſſeſſionem. etiam ꝙ merces non interueniſſet. Socin. in conſil .̇xi. vol. 3. ℂ Simile in donante, vel vendente, nam (retinendo vſufructum) videtur ciuilem poſſeſſionem tradidiſſe. l. quiſquis. C. de donat. Nec eſt hoc ſpeciale fauor̄ Eccleſie immo in omnibus generale ē vt ibidem dicit Abbas. num. 14. contra Innoc. ℂ Aliud ſimile eſt in Principe per anulum vel Biretrum quem de feudo inueſtiente, declarando eum velle per hoc ſignum poſſidere. Nam ſicut conſuetudo (nedum ſtatutum) illius eſt potentie, vt (interueniente aliquo actu loco apprehenſionis) poſſeſſio queratur, vt dicit Bald. in rubr. de cauſa poſſeſſ. & propriet. ita & fortius ipſe Princeps qui viua lex, & generalis eſt in terris. vt in auc. de conſul. ℂ Sic Rex in Regno qui iura Principis habet. Afflictus in Neapolit. 299. ℂ Limitans hec procedere vbi preſens ſit qui poſſeſſionem tali modo querit. ℂ Neq; ſufficeret eſſe preſens ſi poſſeſſio eſſet penes alterum nam alter ipſe ciuilem retineret quam iſte ſic non acquirit. ℂ OMNES enim ſupradicti fictam poſſeſſionem habentes etiam habent ſecundum quoſdam interdictum recuperande, ſi alter res eaſdem occupaſſet. ℂ Melius tamen videtur dicere Bald. in. d. Rubrica. ꝙ talis ficta poſſeſſio non parit interdictum recuperande ſed adipiſcende, habens tamen vim recuperande, in eo videlicet vt contra id exceptio dominii opponi non poſſit. hoc ſequuti ſunt Neapolit. in. d. deciſ. ℂ Et concludo ꝙ aut in conſpectu Res erat quando per Biretrum vel alio modo ficto fuerit (vt ſupra) collata poſſeſſio. Aut non in conſpectu: primo caſu competat interdictum vel condictio ex. l. ſi coloni. C. de agric. & cenſit. lib. x. non autem. ex. d. l. ſi q̄s ad ſe fundū niſi nō fuerit admiſſus vt ſupra, ſcdo caſu cū Baldo tranſibo & videndus ſum in fallen. 35. XLV.

PRocedit nō obſtante ꝙ Aduerſarius (antequam
45 remedium regule noſtre inchoaretur) vti poſſidetis interdicto agere cepiſſet. Debebit enim ſuperſedere in interdicto retinende vt habetur in vltimis deciſion, Rote. XLVI.

46 AMpliatur procedere nō obſtante ꝙ vni quis poſſeſſionem transferat (nō animo vt eidem ſed alteri poſſeſſio queratur) & recipiens habeat animum vt ſibimet, vel alteri (non illi) acquiri debeat. Plus enim recipientis animus q̄ tradentis in querenda poſſeſſione operatur. licet in dominio ſecus ſit vt dicunt. D. Neapolit. per afflictum in deciſ. 301. Reſpondendo ad. l. ſi me in ſtatuam. i. eodem. Vnde ſi is qui recepit violenter ſpolietur, non iſdē ſed cui voluit acquiri ante omnia reſtituendus eſt. XLVII.

PRocedit in ſpoliato iure permittente. Puta propter magnam infamiam
47 delicti a, ſe perpetrati. nā ſi de innocentia doceret, ante omnia ad famam reſtituetur. c. ſuper cauſa. ii. q. 5. ℂ Quem textum alio inducit ſpec. in titulo. de petit. & poſſeſ. in. § quoniam. Ego ītelligo ꝙ ſi ſe purgauerit, ante omnia (hoc eſt antequam iudex ad nouam cognitionem ſuper eodem delicto vel altero procedere valeat) ad famam (pronunciando iniuſte infamatum fuiſſe) reſtituetur. ℂ Simili modo ſuſpenſus ab officio propter notoriam criminis contra ſe obiecti infamationem. Suſpenſus inquam (ne ex eius celebratione ſcandalum animarum immineret iuxta. c. preſbyter. ii. q. 5.) peracta purgationē, reſtituetur. ℂ Sub hac impropria Ampliationī ponendus eſt caſus. c. accuſatum. c. tanta, de ſimon. & iii. q. 9. c. decernimus. vbi ſpoliatus eſt ob contumaciam in non comparendo. ℂ Caue tamen

ꝙ non hoc ſpolium eſt & ſi ſpecul.
ita loquatur. XLVIII.

48 PRocedit in ſpoliato exci
piente contra ſpoliãtem
a,quo prius criminaliter
fuerat conuentus. Nam
probato ſpolio (anteq̃
ſuper criminali procedatur) reſtituen-
dus eſt. ¶ Qui dicitur caſus mirabilis
Quia exceptio operatur effectum con-
ſequutiuum cuius natura ē operari tan-
tum effectum repulſiuũ. vt dicit Abbas.
in.c.ii.nu.17.de ordine cognit. ¶ Sed
videor mihi ipſi contrariari dum aliter
loquutus ſum in fallen.45. Concludo
cum iſtis hic. per rationem quia nec nu
di contendere neqꝫ inimicis inermes op
ponere nos debemus. vt melius decla-
rat Abbas vbi.ſupra. ¶ Reſtituendus
eſt inquam non principaliter cum natu
ra exceptionis repugnet neqꝫ per ſe, &
ſic procedit ipſa fallentia & opin.d. An
tonii vt in ea.& Abbatis. Sed ſecunda-
rio,atqꝫ culpa accuſantis ſeu inſtigan-
tis.ſic ſaluo.glo.in.§.in.ſumma.ii.q.ii.
¶ Sed ſi accuſans ab accuſatione deſi-
ſtat. locus eſſet nature exceptionis.
¶ Exemplum quis ciuiliter & crimina
liter eiuſdem Rei occaſione agere cepit
puta furti & rei vendicatione cõtra quē
de ſpolio Reus excepit ſi Actor a,crimi
nali deſiſtat hoc declarãdo vtiqꝫ excep-
tio nõ operaretur effectũ cõſequutiuũ,
ita declaro.& vide.d.fallen. XLIX.

49 PRocedit vſqꝫ ad vnũ nũ-
mũ,vt ſi añ oia reſtituen
dus ſit.& in quauis mini-
ma re,priusq̃ aduerſario
rñdere cogatur. not. in.
c.Piſanis.& p Bal.in.c.cõquerēte eodē.
Iaſon in.l.Qui rē.num.15.&.16.C.de
ſacr.ſanct.Eccleſ.cũ aliis ſuꝑ allegat.in
ampliat.4.in verſic.vidēdũ in fine. L.

50 AMpliatur.diſpoſitio.d.l.
ſi q s ad ſe fundũ. vt quan
doqꝫ ex officio & non pe
tēte parte expediatur,pu
ta inter miſerabiles perſo
nas.quas ex officio iudex ante omnia re
ſtitui faciet. Argumento.C.quando Im
perator inter pupill.& vid.vt in alio ca-
ſu dicit Hoſt.in.c.ſolite.eod.vbi Io.an.
Quos refert & ſeqtur Ang.areti.i tract.
malefic.ſub verbis.hec eſt quedã inqui-
ſitio.videlicet vbi Ep̄s illud inter Cleri-
cos ſuos. impartiatur. LI.

PRocedit Regula noſtra
in ſpoliato violentia le-
51 gali.do exemplum in eo
a, quo vſurarius vſuras
exegiſſet,non enim vſu-
rarius agens ad ſortem prius audiendus
eſt q̃ de vſuris ſatisfiat.hec forte rõ erit
cur vſure in ſortem computantur. in.c.
ſalubriter.de vſur. cum ſimil. ꝙ autem
exigens vſuras ſit ſpoliator & raptor. ē
tex.in.c.qui vſuram.14.q.4.per Rom.
in ſingul. 46. LII.

AMpliatur ad mulieres
vel ſimiles perſonas que
52 quãuis non violēter eie-
cte de poſſeſſioñ fuiſsēt,
ſi tamen dolo circundu-
cte eam tradidiſſent (vt puto) ante om
nia reſtitui deberent moueor in talibus
quia doloſa perſuaſio pluſquam violē-
ta coactio eſt dicit textus in.l.vnica.
C.de rapt.virgin. LIII.

AMpliatur fauore Eccle-
53 ſie.vt ſic ſi prelatus no-
mine Eccleſie poſſeſſo-
rio agēs paſſus ſit de ſpo
liantis dominio excipi
(ad effectum poſſeſſorii propoſiti ex-
cludēdi de quo in prima fallē.diximus)
nihilominus iſdem inſtare poterit.vt ec
cleſia ante omnia reſtituatur. ¶ Quin-
immo etiam ꝙ dominium inter eaſdem
partes notoriatum ſit, moueor quia p̄-
latus taliter conſentiendo minime po-
tuit eccleſie in iure queſito preiudicare
vt dicit Abbas.in.c.potuit.locat.poſu
ram in fallē.18.ſimili modo in aliis re-
bus publici iuris dicēdum eſſe puto.per
ea que in fallen.62. ¶ Non tamen in fiſ
co ſi Procurator Fiſcalis de dominio

conuenti excipi vt ſupra, paſſus eſſet, argumento.l.non puto.ff.de iure Fiſci qui caſus,ab illo poſito de Fiſco in.d. fallen.62.longe varius eſt. LIIII.

54 AMpliatur ad iuriſdictionalia, nam quãuis in eis pſonalis violẽtia de qua. in.d.l.ſi quis. connenire non videatur,nihilominus,vis equidem magna eſt vbi a, dignitate (cuius intuitu ſibi iuriſdictio competebat) excludatur. In eaq; alter intrudatur de quo Innoc.in.c. literis, eodẽ. ¶ Inficiari minime poteſt quin Epiſcopo vis inferatur, dum volens in certa parrocchia ſiue diocefis iuriſdictione vti a,populo non admittatur. Atq; de cenſuris (quibus vti velit contra nõ admittentes) vilipendium fiat de quo Abbas.in.c.olim.eodem. Tales enim expulſores ſunt vt dicit glo.in.Clem.vnica.de foro competen. Vnde includi dicentur in.d.l.ſi quis.in verbo expulſis. ¶ Alias dicendo nunquam poſſeſſio talium iurium que competũt reſpectu certi ſubiecti, ſeu dignitatis (vt ſunt iſta) perderetur quod eſſet contra. c.cũ Eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſſ. & propriet.&.c.ſuborta.de re iudic.Sic arguit Abbas.in.c. olim.num.17.tacite,Reſpondens ad Innocentium,volentẽ iſto caſu ꝙ ſi Epiſcopus reſiſtat (quãuis populus non obediat)ne dicatur ſpoliari, neq; ab eo poſſeſſio pdi. ¶ Pro quo vr̃ eſſe caſus in.d.c.ſuborta. ¶ SED ſi ponimus ꝙ Epiſcopus ſciens per alium iuriſdictionem ſuam in populo exerceri, atq; a,populo obſeruari de quo Innoc. in.d.c.olim.& Bald.in.l.ii.C. de ſeruit. tacuiſſet. Cum iſto caſu perſonalis violẽtia non inferatur ſed potius quia deſidia vel metu quieuit, minus cadẽte in conſtantem virum (nam eſt puſillanimitas vt dixit Abbas) & cum poſſeſſionem deſeruiſſe in aliumq; transtuliſſe uideatur Argumento.l.ſi forte in.§.p̃.ff. ſi ſeru.vẽdic.&.l.ſi ego.in.§.p̃.ff.de public.vt dicit Innoc. communiter, Approbatus ſi Abbati credimus. dũ excludit in.d.c.num.9.regulam. l. is qui tacet.in.lib.vi. tunc non ante omnia reſtituendus eſt per regulam noſtram.ſed bene reſtituetur per.c.reintegrãda, vbi non eſt priuilegium ꝙ ante omnia.&c. de quibus dixeram.in pluribus locis.vt in fallen.prima,& ſecunda. ¶ NON obſtat quod habetur in.d.Clemen.vnica.nam dico ꝙ (quia nullus alter Epiſcopus in illis terminis ſe intruſerit)ideo & ſi Epiſcopus fuerit expulſus,non propterea dicatur ſpoliatus. Immo ꝙ iuriſdictionis quaſi poſſeſſionem retinuerit. Quod etiam mihi videtur vt in illo textu pſupponatur.dum nõ reſtituitur ac ſi amiſiſſet, ſed habilitatur ad ipſam in vicina dioceſi exercendam. non attenta.lege in.l.extra territorium. ff. de iuriſd.om.iudic. ¶ AD EA Que notãtur in.l.clam.§.qui ad nundinas.1.eodem. ꝙ non admiſſus dicitur ſpoliari. Reſpõderem procedere illo modo quo Doctores.ibidem declarant.hoc eſt vbi res ipſa (in qua nõ admittatur)per aliũ occupetur. Sed in terminis clementine nullus erat occupator, quãuis Epiſcopus expulſus vt ſupra igitur &c. ¶ Contra meam hanc ſolut. ẽe videtur textus. in.d.c.ſuborta vbi & ſi alter non ſit intruſus,tamen videtur Epiſcopus ſpoliatus. Dico hoc poſſe procedere ĩ illis terminis quia Monaſterium de quo ibi extraordinẽ Epiſcopo ſubiacebat nec intra dioceſim,pondero.ibi.quaſi.que dictio exponitur ac ſi. Vnde cũ quaſi poſſeſſio ſubiectionis,extraordinaria eẽt facilius amiſſa eſt.Argumento.l. eius militis.in.§.Militia miſſus.ff.de milit. teſtamẽto. ¶ Hoc eodẽ modo intelligo. c.cum Eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſ. & propriet.ibi ſecundum ſtatuta Canonica.nam de facili Res reuertitur ad naturam ſuam vulg.l. iuriſgentium in.§. pactus ne peteret. ff. de pactis. ¶ ET ex iſtis infero contra. d.Abbatem in.d. c cum olim.num.17.dum vult ꝙ Epiſcopus non admiſſus a, ſuis ſubditis in

63

certa villa vel caſtro (quantumcunq;
excommunicationis mucrone vtatur)
iuriſdictione tñ ſpolietur. ¶ Simili mo
do ſi in loco ſue diœceſis commoretur
tamen iuriſdictioni ſibi reſpectu ſue di-
gnitatis competenti non obediatur.
¶ Nam certe ſi alter ipſius loco a, ſub-
ditis non ſit aſſumptus quo caſu aſſum
ptus ipſe diceretur intruſus & ſpoliator
vt in.d. Clem. vnica, non viderem apte
poſſe dici Epiſcopum ſpoliatum. nam
iam habuimus i poſſeſſorio reintegran
de requiri etiam ſpoliatoris poſſeſſionẽ
vt. in declarationñ regule. i verſic. ſed an
tequam primam &c. per. l. primam in
.§. rectiſſime. ff. de ui & ui arm. vbi Bar.
& doct. per Canon. in. c. conſultationi-
bus. de officio delegat. per Abbat. in. c.
ex parte. eod. ſed ꝙ ſubditi Epalẽ iuriſdi
ctionẽ poſſideãt ita ꝙ reſtituer̃ teneãtur
mihi nõ ſuadetur niſi certo mõ dicatur
ſpoliat' obediẽtia. & ṕdicta itelligo d vti
li cõditionñ. ex. d. l. ſiqs, p ea q̃ i ápl. LV.

AMpliatur procedere i ſer
uis eiectis qui nomine do
55 minorum poſſidebant cũ
neq; alio modo poſſide-
re poſſent vt iſtit. p quas
perſo n. nobis acquirit nam quãuis ad iu
dicia inabiles reputẽtur. l. ꝙ attinet. ff.
de reg. iur In recuperãda tñ audiẽdi sũt
p tex. in. l. prima. C. ſi p vim vel alio mõ
quia tñ ipſi petitorio nõ cõueniũtur. d.
l. ꝙ attinet ideo ſi eorũ dñi conueniren
tur non ante reſpondebunt q̃ ſi eorum
ſerui vt ſupra reſtituãtur. LVI.

PRocedit in caſib' qb' re
56 gul'r ñ añ o ĩa ſpoliati re
ſtituũtur ſi tñ ſpoliatorẽs
d fuga ſuſpecti ſint arg. l.
ait p̃tor. in. §. ſi debitorẽ.
ff. de his que in fraud. credit. Impro-
pria hec eſt vide in. 9. LVII.

57 PRocedit in eo qui a, ſuo
honore ſpoliaretur ſi. n.
eundem ſpoliator ad ali
quam rẽ cõueniret quã-
uis hoc quid diuerſum
ſit non eſſet prius (vt puto) audiendus
q̃ ad honorem eundem reſtituiſſet pro
quo ẽ. c. notum, ii. q. prima. vide in Am
pliat. 47. & ideo ſum etiam iſtius opi-
nionis ꝙ ſi dum agitatur duellũ vt mo-
ris eſt hinc inde mittendo prouocatio-
nes vnus ab inimico in iudicio vocare-
tur ſi prius honore ſe ſpoliatum p̃tendiſ
ſet & ob id prouocaſſet, reſpondere nõ
teneretur quouſq; diffinitum ſit. quod
iure ciuili procedit ſecus canonico iure
quo duellaria certamina prohibẽtur. vt
in. c. p̃. de purg. vul. & ibi gl. maxime in
terris Eccleſie vt ibi textus. LVIII.

AMpliatur ad caſum in
quo ab arbitrio ſuo li-
58 bero ſpoliatus extitiſſet
puta per vim aut metũ
cadentem in conſtãtem
virum ad contrahendum & iurandum
inductus fuiſſet, nõ enim aduerſarius ad
contenta ſub iuramento audiendus eſt
priuſquam relaxauerit iuramentum, vl'
per iudicem relaxatum ſit vt dixeram.
ſuper auc. ſacramenta puberum in ver-
ſic. reſtat ſecundũ principale &c. Quod
procedit ſi de ui conſtet ſiue metu alias
inſtrumẽtum, guarentigiatum exequen
dum eſſet deinde repetat. Argumẽto. l.
ii. C. de edict. diui Adrian. LIX.

59 PRocedit non obſtante
nullitatis exceptione pu
ta ſentẽtiam habuit pro
reſtitutionñ Aduerſarius
dicebat eẽ nullam. huic
enim beneficio reſtitutionis nulla exce-
ptio obſtare videtur. Rot. in antiquis:
46. p. c. fin de ordin. cognit. & c. i lr̃is.
eodẽ. dũ rota dicit nulla declara nulli-
tatis & intellige tribus exceptis. LX.

AMpliatur vt puto ad cõ
ſulentem nam ſiquis fue
60 rit expulſus a, B. de con
ſilio. C. ſine quo ipſe B.
nõ erat id facturus quo
caſu pariter puniũtur. vt per canon. in
c. p̃. de officio deleg. & ab ipſo. C. cõue-
niretur. vt puto excipiet ñ audiri p̃uſq̃

a,B.reſtituatur & moueor quia celeris
reſtitutio eſt ad penam violentie, patet
in.d.l.ſi quis.ibi.& alias penas & ibi.cri
men &c. ¶ Argueres ꝙ immo ſpolians
ipſe conueniens ad diuerſam rem nō re
tardetur.vt Abb.in.c.ex conqueſtioñ.
num.7.eodem.Dixeram in fallen.60.
tāto minus igitur ipſe ſpolians, reſpon
de per ea que ibidem contra. d.Abbatē
poſui.quinimmo ſi dictum de quo ibi
Abbas attendatur non tamen in termi-
nis noſtris vbi ratio maior eſt quia cō-
ſulens odioſior,vt dicit Felyn.in.d.c.p̃.
ibi plus eſt perſuadere q̃ facere. Addo
tex.in.l.vnica.C.de rapt.uirgin. ibi do
loſa perſuaſio pluſquam violenta coa-
ctio eſt,Addo ꝙ ſpolians vnum dunta
xat hoc eſt ſpoliatum offēdit conſulēs
ſeu perſuaſor duos ideſt & illum cui per
ſuadetur. Cum legibus obnoxius fiat.
d.l.ſi quis.& alium cui non aliter id ac-
cidiſſet. Et quoniam ratioñ odii ſit cele
ris reſtitutio vt in alio propoſito. dixit
Abbas in.d.c.num.8.igitur. LXI.

AMpliatur procedere ne-
61 dum in eo qui naturaliter
poſſidēs de poſſeſſioñ eie-
ctus fuiſſet ſed etiam ſi ci-
uiliter tantum . ſpoliatus
enim e,ciuili reſtituendus eſt per inter-
dictum vnde ui dicunt glo.Bar.Alexan.
Aretin.Socin.in.l.clam.in.§.qui ad nū
dinas.i.eodem.per.l.primam. in.§.ſiue
autem.ff.de ui & ui arm.ſed videtur hoc
impoſſibile cum ciuilis conſiſtat in ani-
mo vt dixeram in.l.prima.ſecundū om
nes & animus cogi non poteſt minus
ab eo quid eiici.l.ii.C.de hered. inſtit.
Tū aduerto ꝙ ciuilis poſſeſſio non ex
ſolo animo procedit non enim eo ipſo
quo animo ſtatuatur quid poſſideri
poſſeſſio queſita eſt, quo caſu argumen
tum forſan locum vendicaret. ſed cum
animo corporalis extrinſecus actus eſt
neceſſarius.vt in. l. quemadmodum.i.
eodem.& Bar.& omnes.vnde lex ipſam
talem inuenit acquiſitionem lex igitur
ipſa adinuenire potuit amiſſionem arg.
l.nil.naturale.ff.de regul.iur.& quoniā
animus non aliter probatur q̃ ex conie
cturis vulg.l.dolum . C. de dolo . ideo
lex coniecturata eſt ꝙ eo ipſo quo redi-
ens quis ad poſſeſſionem (quam habe-
bat) amittat.vt per Bar & omnes in.d.
.§.q ad nūdinas.¶ Idē ſi non rediret ta
men relatum ſibi eſſet quem de Magna-
tibus poſſeſſionem occupaſſe,vel nō de
potentioribus ſed tamen occupantem
talem cuſtodiam preparaſſe ꝙ ſuſpice-
tur redeundo ſe poſſe repelli. iſtis enim
duobus caſibus volunt omnes in.d.§.
Quem ſua ciuili poſſeſſione dici eiectū
ſiue ſpoliatum.atq; eſſe reſtituendū per
īterdictum vñ ui. ¶ Nihilominus dubi
tatio conſiſtit in.l ſi quis.in verbis ante
omnia . que verba excludunt omnem
exceptionem vt milies dictum eſt maxi-
me in prima fallen.& videtur ꝙ non cō
ueniant verba.d.l.in iſto caſu.dum ma
xime ibi dicitur vim poſſidenti intule-
rit.Itaq; denotatur expellentis corpo-
reus actus. ¶ Vñ concludamus in pri-
mo Exemplo ꝙ ante omnia reſtituen-
dus ſit.quia (nō admittendo) vim vt ſu-
pra committit . & per hoc facit quia in
iſto caſu ita competit interdictum vnde
ui directū ſicut vbi uis in corporali poſ
ſeſſioñ committatur Bar.in.l.prima.in
.§.ſiue autē.vbi cōmuniter doct . ff. de
ui & ui arm . ¶ Sed in ſecūdo caſu vide
licet vbi ſuſpicatus &c. verba.d.l. ſi qs.
nullo modo conueniunt.vnde nec eius
diſpoſitio vulg.l.iiii.§.totiēs.ff.de dān.
infect.videtur enim ex ſe ipſo magis ſpo
liatus vnde nec directum ſibi competit
interdictum vt dicit Bar.in.d.§.ſed tan-
tū vtile. ¶ Et ſi argueres ꝙ ſimili modo
competat vtilis cōdictio.d.l.ſi quis, reſ-
ponderem, ꝙ immo ſibi minus compe
tat vtile īterdictum vnde ui (quāuis hoc
dixiſſe nefas videatur cum Bartolus te-
ſtetur opinionem ſuam ab aliis teneri)
nam cum reuerentia magis mihi ſatisfa
cit opinio Hugonis de Porta Rau . &
Placentini volentium indiſtincte ne cō-
petat interdictū. ¶ Primo moueor per

ſundamẽtum dictũ.per·§·totiens. ¶ Se
cundo.per.l.fin.C.vnde ui.ibi quia ve-
teres leges nec interdictũ vnde ui conce
debãt. ¶ Tertio quia nõ video ex inter
pretationẽ iuriſconſultorum interdictũ
vnde ui extendi ad iſtum caſum. Immo
factum eiicientis de quo ille tex.pariens
maiorem rationem excludit extẽſiuam
interpretationem, ergo minus compe-
tit vtile, I hoc moueor per doctrinã Bar
toli in.l.prima.num.primo.ff. vti poſ-
ſid. ¶ Non obſtat reſpoſio Bartoli vbi
ſupra,quia quãuis ratio gloſe qua ipſe
ſe fundat vera ſit & procedat reſpectu
amiſſionis poſſeſſionis,vt ſic poſſeſſio-
nem amiſerit eo ipſo quo ſuſpicatus ſit
ſe poſſe repelli & ſi ad locum non acceſ
ſiſſet &c.Nihilominus non concluden-
ter ſequitur vt ſibi competat interdictũ
& vide Bartolum.vnde ſuccedit. l. neqꝫ
natales.C.de probat. Item nec indiſtin
cte dicam eſſe veram Bartoli rationem,
& gloſe.quid ſi non attento ꝙ ſuſpice-
tur accedat cũ armis & paratus eo mo-
do quo pateat eum nõ habere animum
amittendi Nihilominus ne me reſtrin-
gam ad hunc ſolum caſum ſequor ma-
gis rationẽ predicta Hugonem & Pla-
cen.& conſequenter vt minus vtile in-
terdictum cõpetat. ¶ Sed opponi poſ-
ſet de.l.prima.C.ſi per vim vel alio mo
do.ibi ſine vlla cunctatione reſtituant.
Reſpondeo ꝙ loquitur de poſſeſſionẽ
abſentium hoc eſt peregrinantium vt
ibi textus.quorum Imperator miſera-
tus eſt.ad quod auc.habita.C.ne filius
pro patre.& ẽ caſus ſpecialis.vt in prin-
cip. Quorum numero fui per multos
annos. ¶ Redeundo reſpectu ciuilis tñ
quam amiſiſſet vt ſibi competat reme-
dium Canonis reintegranda in ſui ge
neralitate vt communiter intelligitur
vel ſecundum alium intellectum de quo
in ibi competat officiũ iudicis. de quo
in.l.ſi me & Ticiũ.ff.ſi cert.pet.hoc mo
do in ſupradictis opinor. & ꝙ dixi de
non admiſſionẽ.vide.ſupra in Ampliat.
44. ibi nihilominus &c. LXII.

62 AMpliatur ad Papam,qui
ſtatim ꝙ ẽ electus ſi ſpo-
lietur nõ obſtante ꝙ Pa
patus poſſeſſionem adep
tus non videatur conſe-
quenter ſpoliatus dici non poſſit,ſi ite-
rum de Papatu alterius electio fiat vel
alio modo eiiciatur,ante omnia & ante
quam criminibus contra ſe obiectis reſ
pondere teneatur eſt reſtituendus. 2.q.
7.c.nos incõpetẽter.§.fin. ¶ Non ob-
ſtat ꝙ dixerimus in fallẽ.xi. Quia illud
diximus in intruſo qui nulla preceden-
te electionẽ Papatũ occupaſſet.ad quod
vide tex.in.c.deus ergo iii.q.prima.&
in.c.ſi quis.79.diſtinc. ¶ Ad argumen
tum,ꝙ fieri poſſet ne.reintegrari debe-
ret quia non ſpoliatus cum poſſeſſionẽ
non ſit adeptus per regul. 1. decem.de
verb.oblig. Dicendum eſſe puto ꝙ eo
ipſo quo eligitur quo ad hoc introniza
tur vt ſumitur ex tex.in.c. i nomine do
mini.23.diſtinc.in verſic. plane. Que
reſtitutio ſi non aliter ob diſcordiam
fieret eſſet vna cauſa conuocandi conci
lium Argumento,notatorum per glo.
in.c.nullus.in eadem diſtinc.79. Adde
predictis Bal.in tract. de ſciſma, dicentẽ
ꝙ ſtatim quo Papa eſt electus conſequi
tur plenitudinem poteſtatis.

QVoniam hucuſqꝫ tra-
ctauimus cauſam poſ
ſeſſionis recuperande
& proprietatis per re
um propoſite in mo-
dum exceptionis ad
impediendam reſtitu
tionem actori ſpoliato fiendam,conſe-
1 quenter pro poſſe diſcuſſimus materiã
ſpoliatorum reſtituendorum, opere-
precium eſt ut proſequamur eandẽ cau
ſam poſſeſſionis recuperãde & proprie-
tatis propoſite per modũ actionis atqꝫ
interdicta poſſeſſoria ſeparatim ponen
do vnumquodqꝫ tamen cum petitorio
ſeu cum cauſa proprietatis iunctum de-
claremus. ¶ Vnde dicendum eſſe puto
ꝙ quandoqꝫ petitorium ſeu cauſa pro-
prietatis

proprietatis proponitur ab eodem a quo cauſa poſſeſſorii reintegrande. ¶ Quæ reintegrande ſeu recuperande cauſa diuerſimode petitur ſecũdum diuerſos caſus & leges de quibus omnibus (excepto remedio competenti ex l.ſi quis ad ſecundum in quo magis ſir mauimus hũc tractatum) poſuit & Lapus allegat. 52. Robertus Maranta, de ordine Iudiciorum in 7. principali diſtinctiõñ ad charta 46. ¶ Nos ãt hic non aliter caſus ipſos q̃ ſparſim ponamus cum earum legum diſpoſitio illa ſit ꝙ vel reſtituunt ante omnia vel non ante omnia primo caſu cũ cauſa proprietatis regulantur prout dicemus de l.ſi quis ad ſe fundum. Secundo caſu prout de.c.reintegrãda. in ſui generalitat? iii.q.prima. de quorum differentia vide ſupra num. 21.28.29. per totum. Et in Ampliat. 8.15.36.38.55. & motibus in 20.in 28.& 61. ¶ Redeundo quandoq; proprietatis cã proponitur ab aduerſario ſuo. ¶ Quandoq;.vtraq; ab vtroq; Itaq; tria capita faciamus. ¶ Circa primum diſtinguã per tria membra· ¶ Qd aut quis ꝑ. Petitorium & poſtea illo pendẽte poſſeſſeorium inchoauerit. ¶ Aut e,conuerſo. ¶ Aut vtrunq; ſimul. ¶ In Primo membro Bar.in prima Combinatione cõcludit poſſeſſorium hoc ab eodem qui petitorium cepit proponi poſſe. Neq; cõcurſus impediatur per glo. in l. cũ fundus.in fine. ff. de ui & ui arm. ¶ Item quia ceſſant omnes regule cumulationum impeditiue. ¶ Nec non reſpondet ad illam regulã.l.ordinarii. ne procedat vbi vtrũq; iudicium ab eo dẽ ſponte atq; tali animo vt in vtroq; probaret, inchoaretur. vt hic. ¶ Nã quãuis ꝑ. loco propoſuerit vnum nõ propterea per id ſibi ipſi proponens preiudicaſſe viſus eſt, quin aliud proponere deinde valeat. Inducta enim in augumentum non habent operari diminutionem ſeu contrarium effectum. l.ſi mancipia.ff.de fund.inſtruct.l.non omnis.ff.ſi cert. petatur. vt etiam hic Hormã.Florẽ.dicit. ¶ Secus ſi nõ ſponte &c.vt proſequitur Bar.Sed actor ipſe perſiſteret dicendo ſibi ſufficere de violẽtia cõuenti probaſſe,tũc.n.concursũ impediri vult. ¶ Qui ſenſus nõ põt(vt puto) intelligi ex parte actoris quia cũ nolit,ſe ipſum impedit. Et nulli de hoc dubium eſſet,ſed intelligetur ex parte rei cõuenti volẽtis petitoriũ ab actore inchoatũ proſequi.& hoc verũ ẽ ſecundum Relaros per Innocẽt.in.c Paſtoralis in fin.eod.Quos tñ ipſe reprobat adeo ꝙ Bartolus videatur vano loquutus. ¶ Sed Ioh.de Imol.& Alex.hic.aliter intelligũt verba Bartoli. vt velit ꝙ ſi actor violentum ſpolium probaret, abſq; alia dominii ſui probatiõñ, & in petitorio ſibi remaneat obtẽtũ. ¶ Cũ Bar.tenuerunt Innoc.in.d.c.Paſtoralis.eodem alias.de cauſa poſſeſſ.& pro priet.(ſi credimus Alexandro) Nec nõ Cuman.& Rom.hic p tex.in.l. ſi quis emptionis.in·§· Sed hac ſuper illis.C. de preſcript.xxx. annorũ vbi ſola probatio violentie operatur ꝙ cõtra agentem dominii, queſtio tanquam iudicata a, violento inuaſore nequeat moueri,niſi ſpoliatus ipſe agens conſentiret. ¶ Breuiter dicat in per Soc.hic. ꝙ Bartolus non habuerit talem mentem nõ enim eſt inferendum de onere probationis de quo. Bar.ad ſentẽtiam.l.quomodo ferendã ſit,vt Socin. ipſe declarat. ¶ Addo ꝙ immo Bart.cõtrarium voluit,vt caperem ex eius verbis ibi.vt ſciatur cui onus probãdi &c. quod eſt dicere vt reſtituta poſſeſſiõe onus probandi dominium incumbat ipſi reo cõuento,ergo vult ne in petitorio iudicatũ dicatur ſeu pro iudicato habeatur. nam tunc eueniret ne vllo modo reus ad probandum admitti poſſet toto titulo.ff.de re iudic. ¶ Nec obſtat Innoc.nam non loquitur in ſimplicibus terminis prout ſe habet cõcluſio Imole,ſed alteratis hoc eſt vbi facta per cõuentum reſtitutione. per eundem reũ

M

inſtaretur petitorium inchoatum ab
actore finiri. nā tunc verū eſt ꝙ Actor
(non probante reo ipſo) pronuncia-
retur abſq; alia ſua probatione domi-
nus. ℂ Atq; conſidero ꝙ reus inſtādo
in eo fecit ſe actorem attento ꝙ actor
agere deſierit. argumēto rubr. C. vt ne-
mo inuitus. ℂ Quod etiam probo nā
cum hincinde coram iudice inſtatum
ſit oportet pronūciari. l. iii. §. iudican-
di. ff. de muner. & honor. & ſuper eo de
quo cognitum fuiſſet. l. de qua re. ff. de
iudic. ſed quoniam onus probationis
incumbit ipſi reo vt hic per Bar. ſe mo
uentē per. l. vis eius. C. de probat. Cla-
rum eſt eo non probante ſententiam
contra ſe ferri. argu. l. qui accuſare. C.
de eden. conſequenter in fauorem acto
ris ℂ Modo ſic, actor petierat ſe decla
rari dominum ergo eo modo neq; ali-
ter ſententia ferri debebit, vt ſit libello
conformis de quo in. c. quoniam con-
tra. de probat. Si volumus eā valide pro-
mulgari, vt ibidē. ℂ Que rō ceſſat vbi
reus cōuentus nouum iudicium ſuper
petitorio inchoaſſet, tunc enim eo nō
probante reus (qui alias erat actor in
ſolo poſſeſſorio) nunc minime pro-
nunciaretur dominus, ſed ſimpliciter
abſoluetur d. l. qui accuſare. ℂ Vnde
melius erit nouum incipere alias ſucce
deret regula dānum quod quis ſui cul-
pa ſenſit &c. de reg. iur. in. vi. ℂ Non
obſtat Imol. Alex. Aret. Claudius, &
Bologn. hic dicētes ꝙ actor qui vtrūq;
iudicium propoſuit ſi nō probaret cō-
demnaretur in expenſis, necnon pro-
nunciaretur eum non eſſe dominum.
moti primo per Bal. in. d. l. vis eius. C.
de probat. dicentem ꝙ iudex non po-
teſt declarare ſup dominio in quo nō
cognouerit per probationes. ℂ Quo-
niam reſponderi poſſet non tam fuiſ-
ſe mentem Baldi non enim dixit pro-
nunciari contra actorem, ideſt non eſ-
ſe dominum, ſed dixit non pro actore.
Ideſt non pro dominio actoris argu-
mento. l. neque natales. C. de probat.

ℂ Itē neq; preſupponit caſum in quo
reus inſteterit finiri petitorium actoris
vt ſupra. per quod ſuccedit. d. regul. dā
num. patet in ſuis verbis. ibi ſeparata ē
enim cauſa delicti a, dominio. Qua
dere patet reum ſuper dominio nō in-
ſtetiſſe. nam in caſu iſto Bald. aliter re-
ſpondiſſet ideſt actorem pronuncia-
ri dominum. ℂ Secūdo mouentur per
l. is qui deſtinauerat. ff. de rei vendic.
Sed reſponderem per ea que ponit In-
noc. in. d. c. ꝙ quāuis inepte actor ege-
rit & contra conſilium iuriſconſulti ni
hilominus deterior eſt malitia ſpolia-
toris & vide que dicam. in poſſeſſorio
retinēde in ſecūdo capite principali in
verſic. reſtat modo ſcire &c. ℂ Item
attenditur inſtantia rei conuenti ſuper
dominio actoris que cauſauit cauſam
diffiniri, eoq; modo pronunciari, cum
neq; aliter potuiſſet d. c. quoniam con
78 declaret ut per Soccin. ¶ Queri poſſet utrum error modo dictus per iuramentum oſtendi poſſit, Claudius ſic per tex. ineuitabilem in.c.preſentiū de teſtibus, per quem ita conſuluit Decius in conſ. 189.letatus.colum.6.in fin. ¶ Sed caue quia ibi caſus.eſt ſpecialis ut ibi glo. neque etiam ead.ratio eſt in caſu noſtro. ſi enim ibi teſtes maliuoli admitterētur, fieret irreparabile preiudicium, cū ſententia fundetur in eorum dictis unde tu tamen.&c.hic ſecus. ¶ Non enim quia dilatoria poſt conteſtationem non recipiatur fit in meritis cauſe tantum preiudicium, nihilominus obſeruarem iuramentum, ſi etiam cum aliquibus coniecturis adiuuetur. Alias non. ¶ Priuilegium enim ꝙ ante omnia reſtituatur ſublatum reo conuento ſui culpa fuit, ut dictum eſt. non igitur ita de facili reuiuiſcet, argumento. l. eius militis. §. militia minus. ff. de militari teſtam. ¶ Vltimo loco in his omnibus aduerto ꝙ ſi actor in petitorio libello narraſſet reum rem poſſidere atq; peteret &c. eo ipſo quo reus omnia contenta in libello negat, reſpondere videtur ſe non poſſidere, vnde quoniam paſſim ſic reſpōdetur, Tutius erit Actori ſimpliciter ſibi rem reſtitui, tanq̄ domino petiiſſe. ¶ Nihilominus vt plurimum reſpondetur negando narrata prout narrantur, que reſponſio nō eſt ſimplex, ideo non intelligitur negare contenta omnia in libello ſeu narrata, conſequenter non per illam, videtur negaſſe ſe poſſidere, quāuis in libello id poſitum fuiſſet, qua de re predicta ſciri neceſſarium fuit, vt dicunt Imola Paul. poſt Bar. in. l. ſi dubitetur. ff. de Iudic.
79 ¶ Sequitur modo queſtio ſi in vtroque iudicio petitorio videlicet ex parte prioris Actoris, poſſeſſorio vno reintegrande propoſito poſt, ex parte prioris conuenti procedatur (vt quia Reus ipſe nō in tempore petierit vt ante omnia reintegraretur de quo ſupra & contingat in tempore ſententie ferēde, reperiri reum non poſſidere (preſuppoſito ꝙ neq; prius fuerit interrogatus vt in proximo pūcto dictum fuit) an & quomodo per iudicem pronunciandum ſit. ¶ Bart. in 4. combin. vult pronunciari actorem eſſe dominum, & reum eſſe abſoluendum, illa cauſa adiecta quia ipſe nō poſſidet. ¶ Quod verum eſſe doctores dicunt et ſi a tempore petitionis, & poſt, Actor ipſe poſſediſſet, per tex. in. l. ſi aū. ff. de except. Rei. iudic. Quod ultimum ita ſumunt quia ſi Reus poſt conteſtationem agat interdicto recuperande vt Bart. caſum ponit ſatis infert actorem poſſidere ¶ Opponitur de.c. examinata. de iudic. vbi Actor abſq; abſolutione cōuenti de qua ſupra repellitur a iudicio. ¶ Iaſon, quia ibi Reus erat interrogatus & rñdiderat ſe non poſſidere, iuxta. l. fin. ff. de Rei vendic. hic non interrogatus & paſſus eſt conteſtari indicium q; liquidari non mirum &c. ¶ Que reſponſio tollitur qa in. d. c. non apparet, de interrogatione nec in eo fundatur, ſed in alio quia Actor poſſidebat. ¶ Cardin. & Aretin. Aliter reſpondebant ꝙ ibi Rei vendicatio Actori non competebat, quia penes eū poſſeſſio erat, nec apud alium detentatio. ¶ Sed Rom. contra quia immo detentatio erat penes ſequeſtrum cuius ratione poterat vendicare. ¶ Hec tollitur quia tempore petitionis nondū ſequeſtratum erat vt Aretin. dicit. Vnde vult deſtruere concluſionem Bartoli in terminis quibus poſſidebat Actor, vt ſic nō pronuncietur vt ſupra. ſed a iudicio repellatur. ¶ In quibus conſidero ꝙ aut tempore inchoati ab Actore iudicii conuentus in eod. opponeret Actorē ipſum poſſidere. ¶ Aut non. ¶ Primo caſu. ¶ Aut notorium eſt id verum eſſe. ¶ Aut non. ¶ Si notorium puto repellendum Actorem atq; ab obſeruatione iudicii Reum eē liberandum, per tex. in d.c. examinata. quem ita intelligo, Nam quia fatetur ibi Actor ꝙ tempore ſequeſtratiōis poſſidebat, & nūc alio nō apparente, dicitur poſſidere cum per ſequeſtrationem poſſeſſio non tollatur vt ibi glo. nec a ſequeſtro vendicatur. ¶ Se-

cundo

cundo caſu illud incidens in petitorio ꝙ principale eſt in poſſeſſorio videlicet an poſſideat nec ne ipſe Actor ventillandum eſt. ¶ Quod ſi Actorem poſſidere reperiat qui etiam dominium ſuum probet, tunc ſi poſſidet, quia Reum ſpoliauit non pronunciabitur vt per Bar. ſed immo ipſi reo dominium applicandum eſt, in terminis quibus Reus remedium. l. ſi quis in tãta. C. vnd. ui. petiiſſet quod quomodo intelligatur ſupra. poſui añ verſic. aut ſumus &c. ¶ Si non id Reus inuocaſſet, ſed aliud, de quo. in. l. ſi quis ad ſe fundum in petitorio ſuperſedebitur, donec ante omnia reſtituatur. ¶ Si vero nullum ex predictis ſed ſimplex remedium canonis reintegranda iii. q. prima (nõ inſtando ꝙ ante omnia &c.) tũc minus pronunciabitur pro dño Actoris, ſed tantum Reus ab obſeruatione iudicii abſoluetur, vt tradit Matheſilaus in ſingul. 138. vbi idem eſſe dicit vbi Actor non poſſideret, ſed ſciret reum ipm minus poſſidere neq; feciſſe quo minus poſſideret. ¶ Et dicas tunc actorem ad expenſas teneri, cum dolo petierit ꝙ habebat, argumento Regule dolo facit in lib. 5. iuncta. l. eum quem temere. ff. de iudic. ¶ Secundo caſu princidali quando Reus credens poſſidere ſe obtulerit liti qnãuis poſt probetur actorem ipm poſſidere, tamen pronunciaretur vt per Bar. per. d. l. ſed ſi añ vbi gl. declarat. ff. de except. Rei iudic. ¶ Intellige vbi Actor ignorans ſe poſſidere, crederet Reũ a ſe conuentum poſſidere, quia tamẽ debet venire inſtructus. l. qui accuſare. C. de eden. probare habet ipſe ignorantiã alias non, vt ſupra ſed in expenſis condemnaretur ob preſũpta temeritatẽ iuxta. l. eum quem temere. ff. de iudic.

10 Videndum eſt tertiũ principale caput, ꝙ ẽ vbi poſſeſſorium reintegrãde ac petitorium ab vtroq; proponatur. & dicamus ꝙ aut prius ab vno tunc procedit Regula ꝗ prior appellat &c. ¶ Si eodẽ tẽpore & tunc. Dicit Bartolus in 6. combinat. nõ poſſe concurrere cum ratione contrarietatis, & ratione ordinis iudiciarii, qui ordo eſt vt poſſeſſorium precedat iuxta. l. prim. §. fin aũt. ff. vti poſſidetis, & l. inter ligatores. ff. de iudic. cõcurſus impediatur, Alex, & communiter cum eo tranſeunt. ¶ Sed aduerto ꝙ Bar. non loquitur in poſſeſſorio recuperande, ſed retinende vt videre eſt in exemplo ſuo. vbi vterq; ſe dominũ & poſſeſſorẽ, dicit ideo in illa combinatione videtur defectiuus, non de omnibus tradendo ſicut in ꝓpoſitis combinationibus. ¶ Quia tamen rationes de quibus Bar. huic, de quo nos, minus obſtant, concludamus non impediri, cõcurſum. Immo vt vnuſquiſq; dicere poſſit ſe eſſe dominum, & ad poſſeſſionem, qua fuerit ſpoliatus, reſtituendum. ¶ Ceſſat enim hic ratio contrarietatis, de qua Bart. hic in 6. colum. & dicam in poſſeſſorio retinẽde. ¶ Ceſſat ratio ordinis de qua in. l. ordinarii. C. de rei vendic. vbi Bald. & in. l. incerti. C. de interdic. & hoc dixit Bar. in prima combin. in verſic. 2. videamus. ¶ Videtur tamen obſtare tex. in. l. fin. ff. de Rei vendic. nam ſi rei vendicatione agam cũ reintegranda, ſimili modo aduerſarius, patet ꝙ vnuſquiſq; negat ſe poſſidere, vnde ſequitur vendicationem ceſſare contra negãtem per d. l. fin. ¶ Nihilominus concludo in ea ſuperſederi, donec probetur, quis eorum poſſidebat, que probatio in reintegranda requiritur, vt dixeram, in declaratione regule ſpoliatus añ omnia in princ. ante fallen. ¶ Qua probatione facta petitorium iam ſuſpẽſum (ceſſante. d. l. fin.) vna cũ poſſeſſorio reintegrande, proſequatur, & quoniam oportet vnũ de poſſeſſione melius probaſſe. iuxta regulam. l. ſi vt certo in. §. ſi duobus vehiculũ. ff. cõmod. ideo concludamus quod concurſus reſpectu vnius tantũmodo procedat vt probatur in d. verſic. nõ aũt reſpectu ambarum partium, immo pars que poſſidere probetur in vtroque ceſſare debebat.

O

81 DIſcuſſa Secunda Concluſione Bartoli hic ad Primam lecturã in 2.colum. Et eius occaſione tractata cauſa poſſeſſionis reintegrãde, & proprietatis. ¶ Tertio concludit Bar. ibid. in verſic. vt igitur. ꝙ ſententia lata ſuper petitorio pro dominio conuẽti obſtat eidem Actori poſtmodum poſſeſſorio retinende agẽti niſi paratus Sit de ſua iuſta poſſeſſiõe ſe probaturũ quo caſu lectura hec prima verificetur. Quod quomodo procedat infra num. 92. & 93. pleñ dicam. ¶ Sed quoniã cauſa poſſeſſorii retinende quãdoq; proponitur priuſquã ſuper proprietate ſententia feratur quo caſu dubitari contingit an & quando vni ipſarum cauſarum per alteram propoſitã preiudicium ſeu in quo fiat. Igitur generaliter tractemus de cauſa poſſeſſionis retinende & proprietatis vt ſic occaſione, vnius caſus ponatur totus tractatus iuxta. l. naturalis. ff. de preſcript. verbis. ¶ Eo premiſſo quod vulgatiſſimum eſt videlicet retinẽde interdictum pro rebus ĩmobilibus poni in. ff. &. C. vti poſſidetis, Et practicari cum mandato de manutenendo pro mobilibus vero in titulo vtrobi. de quibus. ibidem per gloſ. & Bar. & p Abb. in. d. c. paſtoralis. ¶ Danturq; contra eum, qui de facto nõ aũt iudicialiter aliquem in ſua pacifica poſſeſſioñ. turbat. declarat Abbas in. c. audi tu. de reſtit. ſpol. niſi turbans ex eadem tũ deiectus olim extitiſſet Alex. cõſil. 36. in p̃ vol. poſt Bar. in l. prima. vti poſſid. ¶ Vnde ſimili modo vt diximus in recuperanda per tria capita diſtinguamus ꝙ ¶ Aut ambo ideſt interdictum retinende & rei vẽdicatio ab eodem proponantur. ¶ Aut ab aduerſario ſuo Alterum proponi contingit. ¶ Aut vtrunq; ab vtroq;. ¶ Quo ad Primũ faciamus tria membra & primum ſit quando ab eod. proponuntur diuerſo reſpectu. ¶ Secundum quãdo dubitatur an diuerſo reſpectu ſeu eodẽ propoſita fuiſſent. ¶ Tertium. quando pateat vtrunq; iudicium propoſitum eodem reſpectu fuiſſe. ¶ Redeundo ad primum glo. hic in. 3. lectura. Bar. Aretin. Iaſon. & recentiores concludunt ſimul poſſe agitari itaq; cumulari. ¶ Exemplum cepi aduerſus te petitorium reſpectu naturalis tantum poſſeſſionis Rei mee penes te exiſtentis vt ꝗ petam declarari me eſſe dominum ad effectum vt res ipſa mihi reſtituatur iuxta l. officium. & l. qui reſtituere. ff. de rei vẽdic. non per hoc ſequitur quin tali iudicio pendente poſſeſſorium retinende ciuilis mee poſſeſſionis in qua turbor per naturalem occupationem ſeu poſſeſſionem tuam (puta quia ui, clam, ſiue p̃cario a me habueris atq; reſtitutionem denegaueris) inchoare ſiue cumulare valeam iuxta. l. ſi duo. ff. vti poſſid. hec. n. duo iudicia tunc diuerſo iure fundantur vnde a quo vis incipiatur ad inuicem ſe non impediunt. ¶ Nec obſtat vt dicunt ꝙ quando duobus mediis idem conſeq̃ poſſumus alterum eligere cogamur. l. nemo ex his. ꝙ. quotiẽs. ff. de regul. iur. Quia Bart. rñdet ſufficere ꝙ oriantur ex diuerſis fontibus ſecũdum glo. in. l. edita. C. de eden. ¶ Itẽ rñdet, hic nõ ad idẽ competere. In interdicto. n. principaliter petitur non turbari ſeu non moleſtari, ſed in rei vendicatione principalis petitio ẽ vt inſtans eẽ dominus declaretur iuxta. d. l. in rẽ. cum ſimil. ¶ Quod quãuis ſubſiſtere quibuſdam nõ videatur, cũ effectualiter in vtroq; naturalis poſſeſſionis reſtitutio cupiatur, nihilominus Alex. ſaluat ꝙ diuerſimode reſtitutio venit ideſt in rei vẽdicatione per officium iudicis. In interdicto iure actionis. nam nihil per officium petitur ſed tãtum nõ moleſtari, quod vltimum fieri nequit in caſu noſtro niſi naturalis ipſa reſtituatur. ¶ Sed ſpecul. in titulo. de libell. concept. in. ꝙ. fin. in verſic. illud. vult ꝙ immo in rei vendicatione veniat reſtitutio iure actionis. Idem Angel. hic in repetit. Bologn. & Claudius. ¶ Quos & hoc

ego

ego ſequar. nã officium illud iudicis nõ impartiatur ente ſententiam.d.l.qui reſti tuere.ff.de rei vendic. Et in ſententia pariter.pronunciandum eſt rem eſſe reſtituendam ſicut dominium eſſe agentis,vt petitum eſt,ſi volumus eam eſſe libello conformé iuxta. c. quoniam contra de probat.& vide ſupra num.79. Itaq; videtur eſſe concludendum contra Bart. ſtante opinione Cyni & vltramontano in.l.edita.C.de edédo.videlicet ꝙ quando duo iudicia competunt ad eundem effectum non cumulentur. ℭ Saluarem ꝙ quãuis in vtroq; vnus effectus ſit reſpectu reſtitutionis tamen non principaliter vnuſquiſq; venit in petitione, ſed alter venit in cõſequentiã alterius. ℭ Principale enim in rei vendicatione eſt ſe dominum declarari ſed in incõſequẽtiam illud ſit vt res reſtituatur. cum in dubio (vt milies diximus in poſſeſſorio recuperande) penes dominum poſſeſſio ſit collocanda.l.bonefidei. C. depoſiti. & quoniam id quod principaliter agitur attendẽdum eſt vul.l.ſi quis nec cãni. ff. ſi certum petatur.igitur &c. ℭ Nam & effectus vt ſupra rei vendicationis & ad plura prodeſſe poterit, vt tu ipſe capis. & ſatis ab effectu retinende (qui eſt non inquietari) differt. Vñ tã ex prima q̃ ex ſecũda Bartoli rõne cum ipſo tranſibo.

82 Secũdum ſequitur mẽbrum id videlicet, quando dubitatur an diuerſo reſpectu ab eodẽ ambo propoſita ſunt & tunc ſi ex coniecturis diri mi poſſet,id fiet. Secundum Bar.hic & ſpecul.de libel.concept. in.§. nunc videamus.Innoc.in.c.cum dilectus.de ordiñ cognit.Alex.& Ripam hic.exẽplantes vbi vẽdicatio contra vſufructuarium (intelligas olim vt quia ſit finitus vſufructus vt per Soccin.quicquid Alexander) inchoaretur.nam clarum eſt vſufructuarium naturaliter tantum poſſidere.l.naturaliter.i.eodem. non igitur alio reſpectu petitio inchoari potuit argumento. l.decem de verb,oblig. ℭ Vel contra eũ qui ſe haberet pro vſufructuario qui vero non erat,aut emphiteotã &c. ℭ Aut non coniiceretur propter quam poſſeſſionem vẽdicari ceptum ſit, & Actori declarationi ſtaretur.vt Bart.Alex.& communiter (ſi Iaſoni credendum eſt) Doctores concludunt.per.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudic.per.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſticum.de verb. oblig. quos Ripa recentioreſq; ſectantur. ℭ Sed Roman.Iacobus de Puteo. Sequendo Cumanum dicunt in hoc vltimo contra cõmunem ꝙ immo tunc iudicis declaratio ni relaxandum per.d.l.ſi quis.ibi. Accipiet. ℭ Moti etiam ex ratione quia dubitatio nõ conſiſtit in facto prout in.d. §.ſi ſtichum.&.§.finali.Sed in iure atq; iudex id accipere debebit ꝙ Actori vtilius videatur.quos Claudius quoq; ſequitur. ℭ Aduerto ꝙ ſi Bartoli opinionem ſequemur tex.hic generaliter & indiſtincte loquẽs offenderetur contra. l.primã in §.& gñaliter.ff.de legat.preſtan.nam nedum non expectat heredis declaratio nẽ,ſed neq; iudicis de qua Cuman. ℭ Minus ipſius viuẽtis Actoris.vult enim non denegari vti poſſidetis interdictum ei qui rẽ vẽdicare cepit. Ea ratione quia nõ videtur poſſeſſioni renunciaſſe &c.que ratio non expectat aliquam declarationẽ vnde ſemper dicendum eſſe puto ꝙ ex coniecturis dici debeat declaratũ. ℭ Nõ enim veriſimile eſt vt petitorium cepe rit reſpectu ciuilis poſſeſſionis,& q̃a verba libelli conueniunt tantummodo naturali poſſeſſioni dum rẽ reſtitui petitur cũ verba in potiori ſignificatu &c.l. prima.ff.ſi ager vectig. ℭ Itẽ quia nihil ex ciuili reſtitutione Actor conſequeretur cũ facta naturalis reſtitutione nulli dubium eſt ſtante dñio ſuo quin & ciuiliter poſſideret. ℭ Necnõ quia id quod dicitur ꝙ vẽdicãdo quis aduerſarium poſ ſidere profitetur, reſtringendum eſt eatenus quatenus pro effectuanda vendicatione neceſſariũ ſit, & ne fruſtatorie agatur. reſtrictio probatur per regulam.l. cũ de indebito.ff.de probat.igitur i ſcla

74

naturali verificabitur. vt ſic dicamus per
tacitam Actoris confeſſionem de rei cõ
uenti poſſeſſione minuſquã poſſibile ſit
eidem debere preiudicari. argumẽto. d.
legis. & l. non omnis. ff. ſi cert. petatur.
¶ Nec obſtare putarem ꝙ ſecundũ hoc
ob nudam ſolam detẽtationem vẽdicaſ
ſe videretur vt minusꝗ̃ poſſibile &c. vt ſu
pra. Reſponderem ex aſſiſtentia non de
tentationẽ duntaxat ſed & poſſeſſionem
eẽ ꝑſumẽdam. argumento. l. prime. ſu
pra. eod. ¶ Itẽ quia nuda detẽtio nũquã
ꝑſumitur cum vltra aſſiſtẽtiam & aliud
factum requirat, videlicet ꝙ vel cuſtodie
cauſa res aſſignata fuiſſet, vel legatorum
conſeruãdorum, aut aliter, que omnia
abſq; iudicis facto non procedunt. l. Ful
cinius. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. ea
tur. & per totum titulum vt legat. nomi
ne caueatur. ¶ Vel etiam partis de quo
inſtit. depoſiti. cum ſimil. ſed multiplicia
facta non ſunt ꝑſumenda. l. emancipati.
C. de collation. igitur &c. ¶ Iterum di
ci poſſet ꝙ ſecuudum hec mea dicta nun
quam communis doctorum concluſio
(habens ſe ꝙ per petitoriũ propoſitum
videatur in eadem re poſſeſſorio renun
ciatum) verificaretur, cũ ſemper dici poſ
ſet id ratione ſolius ciuilis poſſeſſionis ce
piſſe atq; petitorium prius pro naturali
¶ Vlterius & ex diuerſo ſi cõmunis iſta
opinio ſimpliciter ſumpta (vt ſumitur ꝑ
eos) ſtarẽ poſſet, vtiq; textui noſtro dire
cte contrariaretur. Qui noſter textus re
ſpectu diuerſe poſſeſſionis intelligi neq;
ret cum ita intelligendo de indubitabili
videretur. cõtra. l. quod labeo. ff. de Car
bon. edicto ſtãte ꝙ ex diuerſis nõ fit illa
tio vt in l. vulg. vt etiam alias poſui. Re
ſpectu aũt eiuſdẽ impediretur interdictũ
proponi cum eidẽ (inchoando petitori
um) renũciaſſet. ¶ Vnde vt contraria
euitemus intelligam hunc textum in ter
minis quibus interdicto vti vellet ratio
ne ſolius ciuilis ¶ Nec obſtat ꝙ hoc ẽ
diuinare quia dicimus licere vt iura iuri
bus concordentur. c. cũ expediat. de ele
ctione, lib. 6. ¶ Neq; obſtet hic textus ĩ
verbo poſſeſſioni quod verbum cõꝑ
hẽdit ẽt naturalẽ. nam rñderẽ intelligen
do hoc verbum in gñe atq; integraliter,
itaq; vt velit ne videatur poſſeſſioni (in
tegraliter & in gñe prout naturalẽ atq;
ciuilẽ cõphendit & in rubrica diffini
ui) renunciare. ¶ Non aũt id intelligo
in ſpecie hoc ẽ cuilibet poſſeſſioni nam
taliter intelligẽdo rationes ꝑfate nimiũ
vrgerẽt, ita ꝙ vix confuſio & contrarie
tas magna euitaretur. vt ẽt patebit in le
ctutis. ¶ Vñ dum dicit non. n. vĩ poſſeſ
ſioni renunciaſſe &c. Intelligo quomi
nus interdicto vti poſſit. hoc eſt ratione
tuẽdi ciuilẽ ꝑ quod ẽt indirecte conſeq̃
tur naturalẽ vt in. l. prima. ff. vti poſſid.
& talẽ intellectum huic litere aſſigno.
¶ Facit quia verbum poſſeſſioni de quo
textus hic pro ciuili & naturali iunctĩ ſu
mitur vt patet in rubrica noſtra. & in. l.
prima. in. §. huius aũt. ff. vti poſſidetis.
Probat Bal. ĩ. l. prima. C. communia de
vſucap. Alex. in conſil. 28. in 2. volum.
¶ Itẽ quia verba in potiori ſignificatu
&c. vt in vulg. ¶ Non obſtat l. ordina
rii. C. de rei vẽdic. l. incerti. ff. de inter
dic. quia ſimili modo dicam ibi verbũ:
poſſeſſioni. pro naturali ẽt & in gñe ſu
mi, vt ſtatim dixeram. ¶ Itẽ ibi aduer
tẽdum ẽ ꝙ vterq; dicebat ſe eẽ dominiũ
& poſſeſſorẽ vt de hoc pondera ibi ver
ba. & melius colligitur ex. §. retinẽde in
ſtit. de interdic. ibi ab vtraq; parte que
ſtio proprietatis erat. & ibi vter ex litiga
toribus poſſideret &c. ¶ Vñ ordo iſte
neceſſarius fuit vt prius in poſſeſſorio
vẽtilaretur. vt ibidẽ in verbis vt ex hoc
ordine facto &c. ¶ Quod ceſſat in ter
minis noſtris vbi pro ciuili tantum in
terdicto vtebatur adeo ꝙ naturalẽ eẽ pe
nes aduerſarium non minusꝗ̃ in petito
rio profeſſus ẽ. ¶ Et conſequẽter ceſſat
ratio contrarietatis. de qua in. l. prima.
ff, de furt. ¶ Ceſſat ẽt regula electionis.
nam tunc eligere quẽ oportet cum duo
diuerſa remedia competerẽt ad idẽ. l. cũ
filius. §. variis. de legat. ſecũdo, vel ſi non
ad idẽ tamẽ important contrarietatem

in eadẽ

in eadē pſona Actoris. vt not.in.l. quod in heredem.§.eligere.ff. de tribut. Sed hic ad diuerſa vt ſupra diximus alterando. regulam.l.ſiquis nec cauſam. neque contrarietatem &c. ¶ Sic etiam ceſſat cōtrarium de regula.l.nemo ex his.§.quotiens.ff.de regul.iur. ¶ Item ceſſat regula.l.fundi &.l.fundum.ff.except.habens ſe ꝙ vbi abſolutoria lata in petitorio parit exceptionem rei iudicate in poſſeſſorio cumulatio impediatur ſtant.n. iſta ſimul.vt tu a, petitorio abſoluaris ego autem in ciuili mea poſſeſſione tuendus ſim.cum poſſibile ſit poſſeſſionem penes me potius q̄ penes dominum collocandam vt milies diximus in materia reintegrande per tex hūc noſtrum cum ſimil. de quibus regulis melius & quomodo ceſſent videbis infra in ſequenti tractatu.de cumul.actionum. ¶ Vlterius ceſſat argumentum.fruſtatorii actus videlicet dum arguebatur ꝙ quia ciuilis poſſeſſor poteſt naturalem ingredi propria autoritate.l.prima.§. interdictum. ff.vti poſſidetis ideo ꝙ fruſtatorie poſſeſſorium retinende ſolius ciuilis inchoaretur. ¶ Nam Hormandotius reſpōdet ꝙ non quilibet audet illud facere. ¶ Aduerte quia ſi non audet timet ſe poſſe repelli vn̄ ſe ipſum etiam de ciuili ſpoliat. vt not.per omnes in.d.§. qui ad nundinas.l.clam.i.eodem. ¶ Vnde potius dicam ꝙ per ſolum ingreſſum non ſatisfit quominus moleſtari poſſit. & euidens ē quia & naturali poſſeſſori competit interdictum.d.l. prima. ff. vti poſſidet. ¶ Nec obſtat vltimo cōcluſioni noſtre argumentū;illud angeli ꝙ quando due actiones ad inuicem ita ſe habeant ꝙ lata ſententia & facta exequutione in vna ex altera agi non poteſt,cumulatio impediatur.per.l.primam.§.fin. ff. ſi fam. furtum. Quia ridet bene Alex.illud verū vbi ex vnius exequutione plene alteri ſuccurratur. ¶ Vnde dicas ꝙ reſtitutio ipſius rei facta ipſi domino nō tollit moleſtationem ſaltim in terminis.l.diffamari.C.de ingen.& manumiſſ, in qua lege ſumitur ꝙ animus etiam moleſtatur. ¶ Vel etiam dicas per Alex. ꝙ in petitorio non venit intereſſe paſſum rōne moleſtationis. Vltimo nota ꝙ ſupra poſita in hoc.num.82.verſic. Secundum ſequitur &c. procedunt in terminis iſtius.§. ſed abſolute querendo. An in dubio ſtādum ſit actoris vel eius heredis,aut iudicis declarationi vide. infra. in quinta lectura in verſic. querit Bartholus &c.

83 REſtat tertium membrū huius primi capitis hoc eſt qn̄ petitorium & poſſeſſorium retinende reſpectu eiuſdem poſſeſſionis puta naturalis ab eodem mota fuiſſent. ¶ Quod quomodo cognoſcatur ex conuenti interrogatione cum Actoris reſponſione de quibus in.l.prima.ff.de eden. Apparebit.nā alias in dubio pro ciuili tantum inchoaſſe diceretur vt nuper dixeram. ¶ Vnde videamus. An & quādo in vno & in quo Actor alterum proponendo ſibi ipſi preiudicet,in altero abrogando vel ſaltim cumulando. ¶ Et dicēdum puto ꝙ aut ſumus i iuribus incorporalibus quibus quilibet petitor eſt & poſſeſſor tunc cumulatio nō impedietur ita Bar. & Alex. aliiq; in. l.edita.C. de eden. Butrius in c.cum dilectus eodem.& in retinēda eſt communis opinio per.l.& ſi forte.in.§. ſciendum.&.l.ſicuti.in.§.Ariſto.ff.ſi ſeruitus vendic. ¶ Niſi Actor eſſet ita fatuus ꝙ cumulet (vt dicit Bal.in.l. incerti col.3.ff.de interd.) plura contraria in eodem libello vel diuerſis cumulatiuis. ¶ Et pro communi Iaſon allegat textū in.l.cum fundum.ff. de ui & ui armata. & in c.paſtoralis eodem. quāuis non loquatur in retinenda ſed eadem ratione id concludit. ¶ Vnde Cardin.& Imola. in clem.vnica eodē idē eſſe volunt in bn̄ficialibus vbi nō datur dominium neq; poſſeſſio ſed quaſi. Cum iura ſint quos hic Ripa ſectatur. ¶ Aut in rebus corporalibus tunc ſi ſumus in habentibus cauſam proprietatis admixtam de quibus dixerā in fallen.4.ad regulam ſpoliatus

añ omnia idẽ quod ſupra dicẽdum eſt. ¶ Si tamen prius poſſeſſorio iudicio a-
ctum fuiſſet. ¶ Secus vero vbi petitorio
prius, nam tunc ſentẽtia ſuper eo lata pa
rit exceptionẽ Rei iudicate in poſſeſſo-
rio. l. fundi. & l. ſed ſi añ. ff. de except. ſic
Ioã. An. & Butrius in. d. c. cum dilectus.
hoc eſt in terminis noſtris. de quibus in
d. §. quedam inſtit. de interdic. vbi prin-
cipaliter dicitur habere cauſam adminiſtrã
vt hic Ripa. ¶ Idẽ ego dicam in non ad
mixtis. ſi & vbi ſentẽtia in poſſeſſorio la
ta ſit quia conuẽtus ſe eẽ dominium pro
baſſet, poſtquã ad tollendum interdictũ
vti poſſidetis id allegaſſet, vt alias in ſimi
li dixerã ĩ prima fallẽ. & p Bal. in l. incer
84 ti. nu. 8. ff. de interdic. ¶ Si vero non ſu
mus in hñtibus cãm proprietatis admi-
xtã & tũc. ¶ Diſtinguamus. per tres cãs.
PRima cauſa ſit vbi petito
rium inchoatur prius, &
poſt poſſeſſorium. ¶ Se
cunda vbi e, conuerſo.
¶ Tertia vbi vtrunq̃ ſi-
mul. ¶ Rurſus ad primã conſidero tres
caſus. ¶ Vnum quando petitorium pri
us eligens ſciebat ſe poſſidere. ¶ Alterũ
ſi ignorabat. ¶ Tertium ſi titubabat.
85 ¶ Ad primum per doctores concluden
dum eſt vt eo ipſo quo vendicare cepit
poſſeſſorio renunciaſſe cenſeatur ita ꝙ
poſtea in interdicto audiri nequiret. Ar
gumento. l. prime. ff. vti poſſid. Ita Bar.
in. 3. combinat. ibi quero. Alex. Aretin.
& Magis cõmuniter. ¶ Sed Imola Ro.
& Iaſon contra per textum noſtrum q̃
ad ignorantiam tantum non eſt reſtrin
gendus, neq; ſuper eo diuinandum eſt,
cum gñaliter loquatur. ¶ Item quia in
tentio petentis. non fuit amittere. argu-
mento. l. cum de indebito. C. de probat.
vñ ſuccedit regula. l. non omnis. ff. ſi cer
ti petatur. propter quod vltimum Iaſon
dixit hanc vltimam eẽ de iure veriorem.
¶ Pro quibus Addo ꝙ ſi textus hic ad
caſum ignorantie reſtringeretur ſuper-
flue poſitus fuiſſet cum nulli vnquã du-
bium fuerit ꝙ ignorans (cum non cõſen
tiat) non amittit. ¶ Nihilominus prio-
res Magis ſequor quia Magis pſumẽdũ
eſt ꝙ nõ habeat iactare ſuum vt ſupra.
q̃ ꝙ ſciuerit ſe poſſidere d. l. cum de inde
bito iũcta. l. ſi qui deſtinauerat. ff. de rei
vẽdic. ¶ Nec ẽtdico ꝙ pſumatur igno-
rare ne dicamus hanc legẽ eẽ factã ſuper
indubitabili. contra. d. l. ꝙ labeo. atq;
poſitam verbis magis q̃ rebus contra. c.
commiſſa. de elect. in ſexto. cum ſimul.
¶ Sed potius ꝙ inter ſciẽtiam & ignorã
tiam ẽ dare medium ideſt titubationem
argumẽto notatorum in regula. eius eſt
nolle. in. lib. vi. & ideo ꝙ reſpectu iacta-
tionis ſeu perditionis potius ignorantie
equiperandum ſit. per glo. in rubr. ff. de
iuris & facti ignoran. ẽ ſingularis textus.
vbi apoſtilla. in. §. ſin autem. l. fin. C. de
furtis. ¶ Non tñ propterea dicam Acto
rẽ debere probare titubationẽ cum ne-
dum grauaretur ſed & ſibi ipſi ꝑiudica-
ret vt dicam in 3. cauſa. neq; grauandus
ẽ argumẽto. l. nimis graue. ff. de teſtibus
ſed immo lex magis id de quo ſupra pſu
mat. Vñ vt renunciaſſe viſus ſit ſcientiã
probari oportebit & hic textus, limite-
tur quẽ nõ alio modo intelligam. ¶ Et
redeundo ad cõcluſionẽ noſtram omiſ
ſis debilioribus duo vrgere videtur pri-
mũ quia ei qui poſſidet non datur actio
in rẽ. l. prima. §. interdictum hoc. ff. vti
poſſidet. §. fin inſtit. de perpet. & tempo
ral. action. c. examinata de iudic. Si igi-
tur nulliter agit vt in. d. c. minus renun-
ciaſſe dicẽdum ẽ cum ex actu nullo nul-
lus iuris effectus ſortiatur argumento.
l. prolatam. C. de ſñtiis. ſic Aretinus.
¶ Cui rñdeo iura illa intelligi reſpectu
conſequendi ſeu hñdi. vt etiam pondero
textum in. d. §. interdictum dum dicit ꝙ
ſibi ſufficiat vt poſſideat, quaſi dicat agẽ
do nil conſequi poſſet. ¶ Item textum
in. d. §. fin. dum dicit omnia iudicia eſſe
abſolutoria quia eo ipſo quo quis ſatiſ-
facit, liberatur. vñ vult ne agatur. quia
ne dum pars ſed & iudex atq; iudicium
eluderetur. hoc ẽ ratio pfati. c. ¶ Nos
vero non reſpectu conſequendi ſed com

parendi

parendi loquimur, nam dum petitori o
agit vt ſibi reſtituatur tacite profitetur
aduerſarium poſſidere argumento.l.de
cem.de verb.obliga.vñ poſtea liberum
ſibi non eſt reuocare quod iudicialiter
contra eundem profeſſus eſt. Argumen
to.l. Pomponius ſcribit.ff.de procurat.
vide hyppol.in ſingul.incipien. Calor
iudicii. ¶ Non igitur dico ꝙ poſſeſſionẽ
amittat & in hoc concordemus cũ Imo
la Romano atq; ſequacibus. ¶ Sed ꝙ
poſſeſſorium amittat,hoc ẽ ius ſup poſ-
ſeſſorio comparendi.ſtante regula con-
trarietatis de qua.in.l.prima. C. de fur-
tis.Non obſtante regula.d.l.cum de in-
debito.cum iſto caſu amiſſio in neceſſa-
riam veniat conſequentiam argumento
l.iii.in.§.eligere.ff.de tribut. &.l.iii.§.
variis.de legat.ꝑ. ¶ Ad hunc textum re
ſponde vt ſupra declaraui ꝙ intelligatur
ſuper poſſeſſione ciuili ſeu integrali vt
exponetur ibi nihil.commune ideſt non
omne commune vt in glo.dixerã. ¶ Se-
cundum cõtrarium eſt.c.examinata de
iudic.dum ibi dicitur ꝙ in petitorio nõ
proceditur.per quod videtur ne poſſeſ
ſorio renunciatum ſit nam tunc proce-
deretur vt dicunt. ¶ Sed reſpondeo Re-
motis doctorum reſponſionibus cum re
uerentia intricantiam ſe, illa melior mi-
hi ſuadetur ꝙ non procedatur in fauorẽ
libellantis quia poſſidebat vt ibi textus,
quaſi dicat quia iudicium eludebat. non
propterea ſequitur ſi quid contra ſe vel
tacite in iudicium dixerit, per eius aduer
ſarium allegari nequeat.facit.l.de etate.
ff.de interrogat.action. ¶ De Se.n.ipo nõ
de altero queri debet iuxta regul. dam-
num quod quis ſui culpa &c.in.lib.6.
¶ Nam profeſſus eſt in petitorio aduer
ſarium poſſidere, dedignari nunc nõ de-
bet ſi dicens ſe poſſidere non auditur.ar
gumento rubr.& tituli.ff.quod quiſque
iuris. Sed quia hec ratio magis conuenit
in ſequenti membro vt.i.dicã.in 3.lectu
ra.num. 114. Melius dicendum eſt ꝙ
quia ſciens ſe poſſidere eludebat iudice
& partem atq; mendaciũ dicebat vt ibi

dem ponam igitur &c. & conſequenter
dicendum eſt ꝙ quia patet ex textu no-
ſtro, ꝙ ius comparendi regulatur ex re
nunciatione.vt patet in verſ. & ideo &c.
iuncta ratione ibi nec.n.&c.ideo abſolu
te per ꝑfatas rationes dicam cõtra Imo-
lam Rom.& ſequaces,vt in iſto caſu re-
ſpectu aduerſarii renunciaſſe cenſeatur,
& communis opinio verificetur. ¶ Vñ
infero ꝙ ſi eius aduerſarius eſſet vere do
minus poſſeſſionem tanquam vacantẽ
dummodo ſine ui vere ingredi poſſet.ne
que ſpoliare diceretur vt dixeram in fal-
lẽ.3.iũcto quia hic nullus interceſſit me
tus. Nec non ceſſat diſpoſitio.l. fin.C.
vnde ui. ibi quod ſuum eſt &c. & vi-
de omnino infra tertiam lecturam.

86 SEcundus caſus eſt quando
petitorio agens ignorabat
ſe poſſidere Bar. Alex. Are
tin. Iaſon.& omnes conclu-
dunt nõ videri eum poſſeſ-
ſorio renunciaſſe cum ignorans poſſeſ-
ſionem non perdat.l.Mater. ff.de inoſ-
fic.teſtam.l.legitimam.ff.de petit.here-
dit.vnde concludunt poſſeſſorium poſ-
ſe cumulari dummodo quibuſdam con
iecturis ignorantia probetur puta ꝙ ꝑ
ſeruum ſiue filium alibi commorantem
poſſideret,aliem enim facti tollerabilis
ignorantia eſt,l.fin.ff.pro ſuo. ¶ Nec
obſtat ꝙ coniunctorum facta ſcire pre-
ſumatur.l.de tutela.ff. de integrum re-
ſtit. Minorum.Quia reſpondet Bal.in
l.qui ſororem.ff. de iure deliber. Bart.
Alex.& doct.in.l.prima.ff.ſi cert. peta-
tur ꝙ illud dictum procedit quo ad iura
ſanguinis vel proceſſum nature puta eta
tis. ¶ Aduerto ꝙ ſi a,me ipſo non deci-
piat ſuperflue nedum loquantur ſed ẽt
minus iuſte non enim debet Actor one-
rari vt ignorantiã probet ſi(nec ea pro
bata) cumulari nõ impeditur niſi eius
ſcientia probaretur de quo ſupra. ¶ Igi
tur in illo ſolo caſu eorum dictã Sequor
in quo Reus ipſe probaſſet puta per te-
ſtes ſimpliciter deponentes(non expri-
mendo de filio vel ſeruo)poſſeſſionem

Actoris. nam quia is dicitur poſſidere
cuius nomine poſſidetur.l.is poſſidet,i.
eodem.non male deponerent ticiũ poſ-
ſidere ſi eius filius aut ſeruus poſſideret.
¶ Et in iſto caſu putarem Actorem de-
bere (ſi poſſeſſorio vti velit) ignoran-
tiam probare alias nequaquã vt per ſu-
periora. ¶ Quibus nec obſtare puto id
quod hic Ripa dicit ꝙ ignorans poſſeſ-
ſionem perdit.per.l.id quod.ff. eodem.
nã reſpondere illud in perditione.q̃ al-
terius) facto cãtur.Secus vbi facto amit-
tẽtis de quo nos.nõ.n.hec amiſſio proce
dit aliter q̃ amittẽtis cõſenſu. quo carẽt
ignorãs.l.1.§.ſi furioſus.i.eodẽ.igr̃ &c.
TErtium capiamus caſum
ideſt quaudo Actor peti-
torium inchoãdo de ſua
87 poſſeſſione titubaret exẽ-
plum certo modo (non
tamen explicite) ſibi relatum eſſet eius
filium vel ſeruum eius nomine poſſide-
re,atq; interrogatus de hoc certiorem ſe
non eſſe reſpondidiſſet. Profecto tituba
tionem tunc potius ſcientie q̃ ignoran-
tie puto equiperandam nam cum inſtru
ctus venire debuiſſet.vulg.l.qui accuſa-
re.C.de edendo.ſuum erat ſe fieri certio
rem priuſquam petitorio vti cepiſſet.
Quod cum nõ fecerit proculdubio pu-
tarem eum vt aſpernantem legis de qua
in.l.is qui deſtinauerat.ff. de rei vendic.
eſſe iudicandum. ¶ Nam in.d.l.iuriſcõ-
ſultum non aliter conſilium dediſſe pu-
tarim q̃ vt nos admoneret poſſeſſoriũ
amiſſuros ſi petitorium inchoaremus.
¶ Non obſtat ſi ſupra titubantem igna
ro equiperauerim per glo, in. d.rubr. p
tex.in l.fin.§.fin autem. C. de furt.quia
reſpõdeo illud eſſe verum niſi a,lege ad-
monitus fuiſſet.d.l.qui accuſare in ra-
tione ſui iuncta.d.l.is qui. ¶ Sed & addo
ꝙ in ſuperiori lex habet eum pro illo ti
tubante,qui magis ignaro. equiperatur
cum non cõſtiterit iudici eum aſpernaſ
ſe legẽ,hic ſecus vt ſupra diximus. ¶ Et
ſic limitarem textum in.d.§. fin autem.
¶ Ad quod facit regula exp̃ſſa nocent
in lib.6 ¶ Facit illud ꝙ alias dicitur ve-
rum eſſe contumacem eum qui non ta-
cendo ſed exprimendo dixerit. nolo ve-
nire glo.in verbo.cõtumacia. vbi doct.
in.l.conſentaneum. C. quomodo.&.qñ
iudex vbi Bart.in tertia colum. & iſdem
in.l.ex conſenſu in.§.fin. in verſic. que-
ro quis ſit verus cõtumax.ff.de appell.
88 EXplicita prima cauſa mo-
do ſequitur ſecunda que ẽ.
Si retinẽde interdictum pri
us inchoaretur an ab eodẽ
poſtea rei vendicatio mo-
ueri valeat.& ſiquidem .atione ſolius ci-
uilis poſſeſſionis poſſeſſorium motum
fuiſſet,nulli dubiũ reſtat poſſe etiã ven-
dicari cum reſpectu naturalis tãtum poſ
ſeſſionis reſtituende hoc eſſe motum vt
ſupra probatum ſit. ¶ Si vero etiam na-
turalis tũc ſimili modo vendicatur ſi ra-
tione ſolius detentationis apud aduerſa-
riue exiſtentis id fieri exp̃ſſum eſſet, ceſ-
ſant enim tunc rationes omnes impedi-
tium cumulationum de quibus hic Bar.
in 2.qõn.dicã infra.de cumul.action.cir
ca principium. ¶ Si vero non fuerit ex-
preſſum oritur dubitatio quia poſſiden-
ti vendicatio non datur.vt in.§.fin. in-
ſtit.de perpet.& temporal.action. cũ ſi-
mil. & vulgar.iuncto quia poſſidere ad
huc p̃ſumitur is qui in p̃teritum poſſediſ
ſe probetur.l.iii.C.de probation ¶ Qui
nimmo etiam probatur ex actorum in-
ſpectione que ſemper loquitur.vulg.l.ar
riani.C.de hereticis. Itẽ probarem hoc
modo ſi enim poſſeſſorium proponen-
do quis petitorio iam propoſito renun-
ciare vr̃.&c.vt dicit Bart. in tertia lectu-
ra gloſe.per.d.§.fin.& per.l.poſt diem.
ff.de lege commiſſ. communiter appro
batus tanto fortius petitorio nõ adhuc
inchoato renunciaſſe cenſendus eſt.con
ſequentiam probo per regulã. l. ii.ff. de
his q ſunt ſui vel alieni iuris. ¶ Que no
ſtra concluſio nõ procedit vbi reus poſ
ſeſſorio cõuentus negaret explicite acto
rem poſſidere ſeu eidem interdictum cõ
petere.nam contra eundem actorem pe
titorio

titorio vtẽtem nequaquam fundare ſe in
eo poſſet cum iam nixus ſit id impugna-
re videlicet actorẽ poſſidere. ¶ Hoc te-
nuit Bar. in cõtrario caſu qui eſt vbi pri
us petitorium ceperit de quo ſupra. Mo
tus ex regula nemò ex eo. in lib. 6. hoc
idem hic nos eadem ratione teneamus.
¶ Secus ſi non explicite ſed tantum ne-
gaſſet narrata prout narrantur vt fieri
conſueuit nam quia talis eloquutio re-
ſtringi poſſet ad ſolam inquietationem
vt ſic non aliud negatum eſſe cenſeatur,
ideo potius huic opinioni adherendum
puto argumento. l. ſi quis intentionẽ. am
bigua. de iudic. ¶ Et an & quãdo in po
ſitione negata ſe fundare poſſit. vide. i. le
ctura tertia in 3. concluſione Bartoli.

QVeri nũc poſſet anq̃ poſ
89 ſeſſorio finito petitorium
capere valeat ex eo vt pu-
to pendet an videlicet ex-
ceptio iudicati vnius alte-
ri obſit. Concludenter dico ꝙ quia nil
habet commune poſſeſſio cum pro-
prietate vt in textu noſtro. ¶ Item quia
quandoq; contingit poſſeſſionem alteri
q̃ domino eſſe tribuendam vt milies di-
ctum eſt in materia reintegrande. per. l.
bona fides C. depoſiti. cũ ſimil. ideo de
ſententia vnius ad aliud non inferatur.
¶ Sed videtur ne etiam poſſeſſorio fini-
to petitorium inchoetur ex ratione de
qua ſupra. illa videlicet quia actor profeſ
ſus eſt ſe poſſidere conſequenter ſibi p̃-
iudicauerit cum poſſeſſorium non com
petat poſſidenti. c. examinata. de iudic.
¶ Quicquid dicatur eodem modo hoc
in loco concludo ꝙ ſi Reus explicite ne
gaſſet poſſeſſionem actoris, non poſſit ſe
fundare &c. vt ſupra. dictum ẽ. Secus vbi
negaſſet narrata prout narrantur. Quia
tunc talia verba per ipſum reum interp̃-
tabũtur. d. l. ſi quis intentione ambigua.
¶ Facit ꝙ alias dixeram de circuitu eui-
tando in princ. repetit. ante. num. 20. ſi-
cut & ſi Reus ipſe reſpondendo minus
negaſſet poſſeſſionem actoris ſed tantũ
profeſſus eſſet ſe eum nullatenus turbaſ-
ſe. petitorium tunc quippe non inchoa
retur. d. § fin. inſtit. de perpet. & tempo-
ral. action. cum iam actor ipſe apud acta
ſe poſſidere ꝓtulerit vñ petere videretur
id qđ haberet arg. regule. dolo facit i 6.

MOdo videndum eſt quid
e, cõuerſo an petitorio fi-
90 nito iſdem poſſeſſoriũ re-
tinende inchoare valeat.
diſtinguendum eſt an rõ-
ne poſſeſſionis habite poſt petitorium
finitũ. ¶ Aut añ. primo caſu audiri mere
tur argumento. d. l. bonefidei. tenet hic
Bar. in retinenda quẽ ſequuntur. ¶ Niſi
cõuentus excipiendo dixerit ſe fuiſſe ſpo
liatum. de quo in fallẽ. 29. ſuperius in re
integranda. ¶ Et quod dixeram habite
poſt petitorium finitum intelligo etiam
ante finitum dummodo poſt ceptum vt
Bar. vult in 4. lectura quod per eundem
declara. non tamen conuenit hoc in lo
co vbi loquimur. ¶ Item intelligo hoc
vbi agens vti poſſidetis interdicto decla-
ret ſimulq; probet poſſeſſionem ſibi que
ſitam poſt petitorium finitum, alias iudi
cio meo nõ audiretur. cum in finem vſq;
iudicii petitorii profitendo poſſeſſionẽ
eſſe penes conuentum inſtetiſſet. ¶ Se-
cundo caſu. Diſtinguo quomodo fini-
tum ꝓſuponamus, vel quia Reus Actore
non probante ſit abſolutus iuxta. l. qui
accuſare. C. de eden. ¶ Vel quia etiam
ſe eſſe dominum oſtendiſſet. Primo ca-
ſu videtur eadem ratione qua ſupra (vi-
delicet quia prius actor profeſſus eſt ip-
ſum reum poſſidere propter quod ven-
dicare voluit) nunc eundem profitentẽ
ſe poſſidere ne audiri mereatur. ¶ Nihi-
lominus quia quod prius profitebatur
alieni nõ ſui facti eſt, prout ſui eſt in pro
ximo caſu ſuperiori videlicet vbi prius
poſſeſſorium &c. ¶ Item quia vendican
do non principaliter poſſeſſionem alte-
rius profitetur (nam principalis eius in-
tẽtio eſt vt ſuum dominium declaretur
iuxta. l. in re. ff. de rei vẽdic. ideo ab ex-
cuſatione (vt puto) non eſt repellẽdus
argumen. l. ii. ff. de iuris. & facti ignoran.

P

Conſequenter puto vt interdicto vti poſſit. ℂ Sed ſi Reus abſolutus ſit quia ſe eē dominum probaſſet oritur diſputatio an interdicto retinende officiat exceptio notoriati dominii Bar. in. 5. combinat. hic videtur dicere ꝙ non. ℂ Sed Antonius. de Butr. in. c. dilectus. de cā poſſeſſ. & propriet. I 2. colum. in verſic. ſed teneo primum &c. tenet ꝙ ſic. ſi bene reſpicis. conſiderando ꝙ in caſu noſtro ꝑſuppo nitur agi pro retinenda poſſeſſione habita per actorem antequā petitorio vti ceperit. ℂ Vnde cōcluderem ꝙ aut agit pro retinēda ciuili cōſequenter ne in ea moleſtetur, ꝙ ſuccedet ſi naturalis ſibi reſtituatur. Iuxta. l. clam poſſidere. ſ. ꝟ. fin. i. eodem. c. licet cauſa. de probat. tūc vt ab exceptionē dominii nō repellatur. Quia cum naturalis ipſa poſſeſſio nō ui, non clam, non ꝑcario, penes dominum ipſum reperiri cōtingat, reſtituenda nō erit. Cum neq; ſpoliato agenti reſtitutio iſto caſu fiat, vt dixeram in materia reintegrande in fallen. 67. ℂ Et hoc modo intelligam procedere argumen. canoniſtarum de quo Butrius vbi ſupra. dicentium ꝙ obſtat recuperande. &c. ℂ Aut agat pro retinenda etiam naturali tūc dicam ne dominii exceptio obſtet nā non fuit iſto caſu dominium inter eaſdem partes notoriatum ad effectum excludēdi poſſeſſorium vt diximus in prima fallen. & per Bal. in. l. incerti. num. ff. de interdic. Vnde ſimpliciter ſuccedet regula nri. ꝟ. & d. l. bonefidei. ℂ Sed an & qñ exceptio dñii retinende poſſeſſorio obſtet videbis me infra in 2. principali Capite huius materie. vbi late vt credo dicam.

91 Reſtat videre tertiam cām tertii membri, vt compleamus primū caput retinende illa eſt vbi iidem petitorium & poſſeſſorium retinende vno cōtextu proponit. ℂ Si quidem diuerſis reſpectibus vt qa poſſeſſorium pro retinenda ſola ciuili res clara eſt vt in principio huius poſſeſſorii diximus. ℂ Si dubitatur vt quia ſimpliciter nil exprimendo propoſita eſſent eodem modo concludendum eſſe putarem ad hoc vt libellus ſubſtineatur, vt in dubio iura conantur vulg. l. ſed & ſi poſſeſſori, in. ꝟ. item ſi iuramento. ff. de iure iuran. nam ibi verba impropriantur ad ſubſtinendum libellum. Ergo fortius dicendū eſt hic vbi ſolummodo diſtinguuntur. Argumento. c. cum expediat. de elect. in 6. facit. l. ſi quis intētion. ambigua. ff. de iudic. & conſequenter poſſeſſorium pro ciuili poſſeſſione petitorium vero principaliter pro declarādo dominio, ſecundario vero pro naturali poſſeſſoriū conſequenda mota eſſe dicantur. ℂ Quod intelligo, reperta terminorum habilitate alias ſi actor ſe ciuilem habere profiteretur & vtrunq; moueret non aliter dicā q̄ prout in ſequentibus ponā. ℂ Aut ambo iudicia poſſeſſoriū videlicet & petitorium eiuſdem reſpectu proponūtur. Ideſt ob naturalem poſſeſſionem conſequendam (quod conuentus ſcire ſi velis ab actore petat. iuxta. l. primā. ff. de edē.) tunc vt ſibi ipſi contrarius a, iudice nullatenus admittetur per regulam. vbi repugnantia de regul. iuris. in. 6. Immo ex officio libellus reiiceretur dicūt omnes in. l. edita. C. de edendo, poſt Bart.

92 Secundum caput principale poſſeſſorii retinende illud ē videlicet vbi poſſeſſorium ab vno inchoetur petitoriū vero ab altero ſeu aduerſario ſuo vel e, cōuerſo motū fuiſſet. ℂ Vñ duas cās faciamus q̄ꝶ prima ſit vbi ꝑ. loco poſſeſſoriū. &c. vt mō dixi. ℂ Secūda ſi ꝑ loco petitoriū. ℂ Circa primā cōſideroplures caſus vnū qñ petitoriū ab aduerſario moueatur ꝑ viā exceptionis vt ſi cōtra interdictum retinēde excipiat de dñio ſuo dicēdo ſe non aliquem turbare ſed tanquā dominus ꝙ vtitur iure ſuo ℂ Aut per modū actionis primo caſu. ℂ Bar. ſequutus Raynerium hic dicit exceptionem neq; rei iudicate obſtare, poſſeſſorio retinende. ℂ Quod eſt vt puto dicere, ꝙ nedum exceptio dominii oñi

per

per inſtrumētum;ſed neq; per ſententiā
inter eaſdē partes notoriati (prout dixe
ram in prima fallentia ad regulam ſpo-
liatus ante omnia 'poſſeſſorio retinende
agenti habet obſtare.nam non inter eaſ
dem partes ſententia lata dubitationem
afferret.argumēto. Rubr.C. res inter a-
lios acta.&.C.quibus res iudic. non no-
cet. ¶ Mouetur per glo. communiter
approbata in.l.ſi de eo.in.§.fin. 1. eod.
& per glo.(vt declarat Bar. hic) in. l.ſi
de ui in fine gloſe magne. ff. de iudic.
¶ Pro hac opinione facit regula.§.no-
ſtri. ¶ Item pro hac Bologninus argu-
it. ꝙ lex an eādem.in.§.fin.ff.de except.
rei iudic.loquitur indiſtincte ꝙ qui ſuc-
cubuerit in poſſeſſorio non impeditur
inchoare petitorium ergo e, contra di-
cendum eſſe concludit. vt cōtrariorum
eadem diſciplina eſſe oſtēdatur. ¶ Pro
hac etiam opinione Claudius dicit ꝙ in-
terdicto vti poſſidetis is obtinet qui pro
bat ſe iuſtam habere poſſeſſionem tem-
pore litis conteſtationis. vt per Alex. in
conſ. 154.in 5.volum.incip.viſo proceſ
ſu eſt tex.in.§.retinende inſtit. de inter-
dict.Ergo dominii exceptio nō obſtat.
¶ Quod etiam ſenſit iureconſultus in.l.
is qui deſtinauerat.dum ibi conſiliū dat.
ff.de rei vendic. ¶ Contrariam vero par
tem.tenuerunt Dynus in regula qui ad
agendum.& in regula dolo. facit in lib.
6.Cynus & Bald.[in.l.incerti.nu. 17.C.
de interdic. Quinimmo idē vr̄ ipſe Bar-
tolus itaq; vt ſibi contrarius tenuiſſe in.
l.ſi coloni.C.de agric.& cenſit. libro x.
hanc eādem Ang.Paul.& Ceteri in.d.§.
finali.Hormandotius hic. Canoniſte in
c.ii.de reſtit.ſpoliat.& ē communis opi-
nio. ¶ Verūtamen.d. Alex. & Soccinus
ex verbis.d Antonii de Butrio ita cōcor
dant opiniones, ꝙ aut quis agit cum in-
terdicto retinende in hoc tantum ne in
ſua ciuili & naturali moleſtetur ſeu in-
quietetur, & opinio prima ſit verior.
¶ Aut pro tuenda tantummodo ciuili
in qua propter naturalem poſſeſſionem
penes alterum exiſtentem turbatur, &
tunc ſecunda opinio procedat. Ex ratio
ne maxime illa quia que retinende agit
id in effectu petit quod eſt reſtituturus.
vnde dolo facit &c. vt in regula. in libro
6. ¶ Pro hac opinione Butrius in d.c.
in literis.argumentatur ꝙ quia videmus
exceptionem dominii obſtare poſſeſſo-
rio recuperande (quod magis eſt priui
legiatum) ideo fortius dicendum ſit no
cituram poſſeſſorio retinende. ¶ Cor-
roboro quia obſtando recuperāde ob-
ſtat ordinario iuri Siue remedio. iii.q.
prima.in.c.reintegranda. C. ſi per vim
vel alio modo.cum ſimil. Sed remediū
retinēde quāuis remedium ordinarium
ſit & principaliter introductum ne mole
ſtetur vt etiā fatetur Bal.in. l. incerti nō
tamen reſpectu reſtitutionis. ea enim ſe-
cundario venit per officium iudicis vt ſi
mile eſt in rei vendicatione. vt habetur
in.l.officium & in.l.qui reſtituere. ff. de
rei vendic. ¶ Vnde tanto magis huic re
ſtitutioni exceptionem dominii obſtatu
ram eſſe putarem quanto ꝙ extraordi-
nem expeditur. Argumento.l.eius mili-
tis ī.§.militia miſſus.ff.de milit. teſtam.
¶ Quam opinionem limitabant nō pro
cedere in caſu quo iudicium retinende
ſaperet naturā reintegrande.vt puta ſpo
liatus de naturali vt in terminis. l. clam
poſſidere in.§.qui ad nundinas. nolue-
rit agere iudicio reintegrande ſed magis
elegerit poſſeſſorium retinende ciuilis
in qua per detentionem naturalis ab oc
cupatore turbatur, vnde volunt ꝙ ſicut
reintegrande nō obſtat exceptio ita neq;
huic retinēde. ¶ In quibus omnibus ad-
uerto ꝙ regula dolo facit preſupponit
pro firmo vtentem interdicto vti poſſi-
detis vt per indirectum naturalem conſe
quatur, eam habitam eſſe reſtituturum.
& ꝙ illud ipſe ſciat Siue ſcire debeat vt
patet in verbo eſt. Cuius verbi natura ē
oſtendere veritatem.c. & ſi Chriſtus. de
iure iuran. ¶ Quo ſtante dicamus ſic, ꝙ
aut apparet vtentem interdicto vti poſſi-
detis eam rem eſſe reſtituturum. ¶ Aut
non. §. caſu procedat opinio ſecunda

vt ſupra relata. ¶ Secũdo vero caſu procedat opinio prima. ¶ Reſtat mõ ſcire quando apparere dicatur in quo cõclu do ꝙ ſi actor omiſſo interdicto, petitorium inchoaret, poſtponendo conſiliũ legis.in.d.l.is qui deſtinauerat.atq; Reus de dominio ſuo excipiendo ſententiã conſequeretur, tunc actor trãſeundo ad interdictum effectualiter petere diceretur quod eſſet reſtituturus. ¶ Nam quãuis in interdicto non petat reſtitutionẽ. ſed tantummodo moleſtanti ſilentium imponi vt vtar verbis Baldi in. d.l. incerti. C.de interdic.hoc tamen verum eſt reſpectu formĩ ſed effectualiter reſtitutionẽ petit,vnde pſata exceptio obſtare debebit. Que magis in equitate ſecũdum omnes ibidem ꝗ in rigore fundatur. ¶ ꝙ autem ſi omnem poſseſſionem haberet eam domino reſtituere in dubio cogendus eſset nulli dubium eſt. per regulam.l.officium,&.l. qui reſtituere. ff. de rei vẽdic.cũ ſimil. Adde pdictis ꝙ nõ curatur de mõ ſi habeatur effectus vt in vulg. ¶ Nõ obſtat gl. in.d.l.ſi eo.in.§.fin.vbi quia dominus qui clãdeſtine ſuã rem occupauerat ſciebat vel ſaltim ſcire debebat aduerſarium contra ſe controuerſiam fore moturum,ideo dicetur clã poſſidere per.l.clam poſſidere.i.eodem cum ſimil.quãuis non reſpectu proprietatis vt communiter ibi declarant.& cõſequenter de dominio excipiens minus officiat agenti retinende. ¶ Quoniam reſponderi poſſe puto non id procedere vbi dominium inter eaſdem partes notoriatum fuiſſet vt hic tunc enim quia poſſeſſio ſibi de iure competit vt in. d.l. officium. ſuſpicari minus debuerat alterum ſibi eſſe controuerſiam moturum. ¶ Pro hac mea opinione do Rotã in nouis.417.circa finem vbi nõ habentur pro attentatis quando pendente petitorio aduerſarii,hñs ſententiam in poſſeſſorio ab aduerſario pari mõ inchoato propria autoritate (ſine ui tñ) eam fuerit exequutus. ¶ Similis caſus eẽt vbi rem tibi vendidiſſem cuius poſſeſſionem non tradidiſſem,ſed tñ eam clandeſtine cepiſſes.hoc modo limito.d.§.fin. ¶ Itẽ reſponderem ꝙ quãuis in iſtis terminis clam poſſidere dicatur per rationem pfate gloſe,tñ aduerſarius indolo eſset petendo quod eſset reſtituturus vt in regula.dicta.ſed doli vitium deteſtabilius eſt vitio clandeſtinitatis. ¶ Nam in clandeſtinitate ratio eſt illa ſuſpitio cõtrouerſie ſed controuerſia non importat perditionem cauſe conſequenter ipſius rei reſtitutionem, põt.n.abeſse ſicut adeſse argumẽto.l.neq; natales.C.de probat. cũ dubius ſit litis euentus.l.prima.ff. de trãſactione. ¶ Non ſic in doloſe petente, is enim certus eſt eam eſse reſtituturum,ergo preponderabitur clandeſtinitati. vt in alio dropoſito dicit Ioã.And.ad ſpecul.ſup rubrica de reſtit. ſpoliat.volens vnum cum altero compenſari.quo ſtante ſequitur illa regula ꝙ in pari cã melior eſt cõditio poſſidentis. d.l. prima.§.qui a,me.ff.de ui & ui armata. ¶ Nõ obſtat regula.§.noſtri quia dico eam procedere in ſimplicibus terminis. Videlicet in illis quibus Reus abſolutus fuit quia Actor non probauit iuxta.l. qui accuſare.C.de eden. non propterea ſequitur quin Actor interdictũ retinende inchoare poſſit. Immo poterit quia nihil. commune &c.vt in.§.noſtro. ¶ Sed ſi Reus onus probãdi ſe eſse dominum ſumpſiſſet,obtinuiſsetq;. quãuis Actor interdictum tunc inchoare non impediretur ſecũdum regulas iuris per rationem huius noſtri textus, tñ impediretur ſecundum regulam equitatis. que eſt.d.regula dolo facit pualens regule ſtricte iuris argumẽto.l.placuit.C.de iudiciis,& pro his dictis omnino me videas in examine regule ſpoliatus añ omnia. in verſic. nõ obſtat Claudius. ¶ Neq; obſtabit textus in.d.l.& an eandem in.§. finali.ff.de except.rei iudic.vt ſupra inductus quia rũſio erit ne procedat argumentum cõtrariorum vbi eſt ratio diuerſa vt diximus in rubrica. Modo ſic qui ſuccũbuit in poſseſſorio retinende ciuilis prout

ioritatis,quia concluderem ꝙ vbi ſit ma
ioritas ratione criminalitatis, vel digni-
tatis,vel publice vtilitatis,de quibus ſup̃,
tunc & parte non opponẽte iudex ex of
ficio cumulationem impedire valeat.cũ
nedum priuatũ intereſſe verſetur(quod
a,parte remitti poſſit per.d. l . ſi quis in
conſcribendo) ſed immo publicum.vt
patet in ipſarum trium maioritatum de
clarationibus,ſed & ceteris cõcluſio Bar-
toli procedat. ¶ Sequitur caſus vbi ele-
ctione tollitur. Bar.vult vt a,principio
cumulentur ſi oppoſitum non ſit . quia
cum ob aduerſe partis contumaciã con
curſus admittatur.l.prima.§.que autẽ.
ff.quorum legat.Multo magis dicendũ
ſit admitti ex conſenſu qui p̃ſumitur ex
taciturnitate.argumẽto not. in.l. fin. C.
de annali except. ¶ Sed obſtat quia hic
taciturnitas non infert conſenſum cum
ſciat a,lege cumulationẽ eſſe prohibitã.
d.§.eligere.Induco quod in ſimili dr̃ de
die qui iterpellat pro homine.l.magnã.
C.de cõtrah.& committ.ſtipulat. ¶ Itẽ
obſtat quia cum ambo ſimul proponan
tur.¶ Prior in ordine tantum propoſi
ta cenſetur . argumẽto.not.per Bar.in.
l.ii.ff.de vulg.& pupill.Ergo vna.conſe
quenter altera ſublata eſt:quomodo igi
tur cumulabit attẽto ꝙ nemo ſine actio
ne experitur. vulgat.l. videamus . ff. de
negoc.geſtis.¶ Vnde reſpondeamus ad
d.§.quia autem. ꝙ non ſimpliciter cu-
mulet,ſed cum proteſtatione ꝙ ex vna
tantum conſequi velit,vt patet in ſequẽ-
tibus.Alias dicendo non eſſet bona ſimi
litudo de qua ibi.in verbo ſicut &c. iux-
ta.l.ſi me in vacuam.ff.de acquiren.poſ
ſeſſ.¶ Ad doctr.Bartoli in.l.quidã con
ſulebat.in verſic. ſed quid ſi ſimul. ff. de
re iudic.dic illas exceptiones non ad in-
uicem,ita ſe habere vt vnius electione al
tera tollatur vt hic. ¶ Finaliter conclu
damus ꝙ ſine proteſtatione nullatenus
cumulentur etiam parte tacente quinim
mo (vt puto) & volente,nam perſiſten
do eodem tempore in vtraque vcz facti
probatione,ac improbatione,nil aliud
puto eſſe ꝗ quandam fatuitatem de qua
Bal.in.l.incerti. C.de interd.col. 2. quã
non ideo minus ex parte rei conuenti in
eo cõſentientis quã actoris eſſe dicemus.
¶ Aut cumulate ſunt cum proteſtatio-
ne,tunc parte tacente cumulatio proce
dat. Et ſic loquatur Bartolus. ¶ Reo ve
ro non tacente ſed opponente non pro
cedat cum a,lege data forma reperiatur
vt Actor eligere debeat. & verbum ẽ ne-
ceſſitatis.vt notatur in.l.nõ quicquid.ff.
de iudic.que forma non ita reperitur in
terminis.d.§. quia autem.attento ꝙ in
certitudo prouenit ex parte cõuenti nõ
mirum ſi & inuito conuento tali mõ cu
mulat, ſecus hic. & ita Bartoli argumẽ-
tum

tum ceſſat. ¶ Obſtat adhuc oppoſitio
quam fecimus primam. Reſponde ꝙ ta-
citurnitas immo infert conſenſum cum
& ſi ſciat eſſe prohibitã a, iege &c. tamẽ
etiam ſcit ad priuatum Rei fauorẽ pro-
hibitam fuiſſe. cui ſi iudicialiter obuiari
patiatur ſibi ꝑiudicat. vulg. l, cũ oſtendi-
mus. ff. de fideiuſſ. tutorum cum ſimil.

QVeritur modo in caſibus
160 quibus ad impediendã cu-
mulationẽ, neceſſariũ ſit op
ponere, an omni tempore
opponi valeat. Bal. in Pa-
duana. col. 16. verſic. 2. queritur. ꝙ nõ.
Sed ꝙ duntaxat ante litis conteſtationẽ
factam in actione cumulata, ſecus poſt.
cum hec exceptio ſit dilatoria ĝ &c. l. pe
nul. ff. de except. hoc idem Alex. in con-
ſil. 78. in. ꝑ. volum. in cauſa & lite. ſed
poſt conteſtationem ſuper actione pri-
ma opponi põt vt ex ꝑdictis. ¶ Non au
tem poſt concluſionem in cauſa in ipſa
prima. c. cum dilectus. de fide inſtrum.
& hec eſt vna reſtrictio ad concluſionẽ
ſupra factam vcz ꝙ neceſſarium ſit op-
ponere, niſi eẽt peremptoria nedum cu
mulationis ſed etiam actionis quia tunc
vſq; ad ſñtiam opponi poſſet vt per Bal.
num. 81. ¶ Alia reſtrictio eſt vt cumu-
latio impediatur ratione contrarietatis,
nam & parte non opponẽte cumulatio
impeditur. Bar. hic. in. 7. combinat. & l
l. edita. Paul. de Caſtro. in conſil. 40. in
lib. ꝑ. nã vt dicit Bal. in. d. l. edita. num.
85. nihil petit qui contraria petit vñ iu-
dex ex officio libellum reicit vt ineptum
cum ſuper eo nequeat pronũciari. quod
nemine diſcrepãte in cumulatione ſuc-
ceſſiue procedit. ¶ Sed dubitatur. in ſi-
multanea vt ſi in eodem libello plures
actiones contrarie ſimul proponantur.
¶ Et tunc dicendũ eſt ꝙ aut ambas pro
ſequi velit & in nulla audiri meretur. Ita
Bar. Bal. Paul. & Communiter. argumẽ
to regule. vbi repugnantia. in lib. 6. Itẽ
ex ratione quia ſe ipſum Actor excluſit.
l ii. §. ſed ſi. ff. quãdo appell. ſit. l. ii. §. ſed
ſi. ff. de re iur. vñ quia libellus eſt nullus
cõcludunt vt ab obſeruatiõ iudicii ab-
ſolutio ſequatur. per ea que Bar. & doct.
in. l. Ticia. ff. de accuſat. & corroborat
Aretinus in. l. edita, i vltima col. ¶ Aut
vnam tantum proſequatur tũc Bar. vult
valere proceſſum atq; ſñtiam ſup eo la-
tam. Bal hoc ſpecifice non tetigit. Sed in
diſtincte loquutus eſt. ¶ Aretinus ſequi
tur Bartolum quia Iudex patiendo ſup
vno tantum conteſtari litem, tacite dila
toriam exceptionem reicit que Reo cõ-
uento queſita erat ex eo quia actor con-
traria proſequens vel allegans ſe ipſum
excluſerat vt dictum eſt. Nam (vt dicit)
omnis exceptio peremptoria que ex cõ
feſſiõ partis notoria ſit efficitur dilato
ria vt notat Innoc. in. c. fin. de libell. ob-
lat. Cum Actor de euidenti calumnia e-
uincatur. ſed ſi Iudex patiatur cõteſtari
litem tacite reicit vt ſupra igr̃ &c. ¶ Ad-
uerto ꝙ hoc non a, Iudice ſed potius ab
ipſo conuẽto procedit qui ſuper vno tã
tum contrariorum litem conteſtatur.
Ex hoc enim videtur ipſe remittere ius
opponẽdi & conſẽtire reductioni ſeu e-
mẽdationi ipſius libelli fiẽde p Actorem
¶ Nam quãuis Actor a, principio duas
contrarias propoſuerit actiones tñ (pa
tiẽdo per conuentum rñderi duntaxat ſu
p vna) dicẽdus ẽ tacite libellum ad vnã
reduxiſſe itaq; emẽdaſſe. ſumitur hoc ex
tacito iudiciali conſẽſu qui exꝑſſo equi
peratur. vulg. l. de Etate. ff. de interrog.
action. l. cum oñdimus. ff. de fideiuſſ. tu-
torum. ¶ Vñ infero ꝙ ſi conuẽtus nol
let cõteſtari litẽ, Iudex vero vellet & pro
nunciaret haberi pro conteſtata, Itaque
tacite reiiceret &c. vt per Aretinum. cõ-
uẽtus ipſe poſſet appellare. ¶ Item dico
ꝙ vbi lis vti ſupra cõteſtata fuiſſet ſi Iu-
dex Reum conuẽtum ipſum abſolueret
ab obſeruatione Iudicii occaſione libel
li contraria continẽtis conſequẽter nul-
li vt ſupra. poſſet Actor appellare attẽto
ꝙ libellus fuit tacite emendatus vt dictũ
eſt, ac Iudex in eo litem cõteſtari paſſus
ẽ. ¶ Idẽ nõ ſi eſſet paſſus neq; pati velit
vtiq; partium quelibet appellare poſſet.

facit. l. pretor ait in. §. ff. de noui
operis nunciat. ¶ Secus vbi conuen-
tus non ſuper vno tantum ſed ſuper quo
libet cõtrariorum eiuſdem libelli litem
conteſtaretur. tunc. n. vbiq; contratiorũ
rõ viget atq; ipſa regula. vbi repugnãtia.
procedit. neq; partium conſenſus efficax
erit quominus iudex vtrũq; repellat attẽ
to ꝙ ſuper eo libello ſententia ferri ne-
queat. vt dixit Bal. in Paduana. 83.

161 REdeundo dum diximus ꝙ
neceſſarium eſt opponere
dic per Bal. & docere de li-
tis pendẽtia per. l. gñaliter.
ff. de except. & dic per eun-
dem niſi iudici conſtet actionẽ quam cu
mulare velit eidem non competere quia
tunc ex officio ſupplet. ¶ Sed vr̃ Baldus
ſibi ipſi contrarius dum ad. nu. 82. vult
vt in actionibus que electione tolluntur
libellus procedat ſi non excipiatur. itaq;
iudici conſtat ꝙ per electionem vnius al
tera ſublata eſt, & tñ non ſupplet. cõcor
da ꝙ Bal. tunc loquitur cum ſimultanee
cumularentur ſed prius dixerat ſucceſſi-
ue. diuerſitatis rationem darem quia ſi-
multanea ſanari poſſet conteſtando litẽ
duntaxat ſuper vna vt ſupra dictum eſt
in hac eadem queſtione. ¶ Neq; obſtat
regula. vbi repugnantia in 6. vnde forti-
us hic ꝙ̃ in ſupradicto caſu cumulatio
procedit. pro hac rõne do. l. ſed et ſi poſ
ſeſſori. §. Item ſi in iurauero. ff. de iur̃ iu
rã. vbi ꝙ libellus in q̃tũ p̃t ſuſtineri d3.

162 SEcundo queritur vtrum
vbi admittitur cumula-
tio dicatur vnus & idem
libellus eademq; inſtãtia
Bar. ꝙ ſic. ſi tñ actiones ip
ſe differant numero tãtum vt quia ex ea-
dem cauſa competant ad idem. ſecus ſi
etiam in ſpecie differrent vt quia compe
terent ex diuerſis cauſis. ita ipſe. in. l. edi-
ta. in p̃. & 4. gñe cumulationis. ¶ Alex.
& communiter doct. volunt idem eſſe &
ſi in ſpecie differrent quãuis Bar. velit ꝙ
quando ſpecie differunt & ſi poſſint cu-
mulari non tñ in eodem libello. ¶ Vti-
litas huius diſputationis eſt vt ſciatur an
ſtãte ſtatuto ꝙ pro quolibet libello (vt
loquitur Bar. & Bal.) ſoluatur tot pecu
nia in communi, Vel (vt loquitur Areti
nus ibidem poſt Bar, in. l. libellorum. §.
ſed et aliud. ff. de accuſat.) ꝙ ſi q̃s ab ac-
cuſatione deſiſtat ſoluat decem in com-
muni an ſemel vel pluries in communi
pecunia ſoluenda ſit. ¶ Item diſputa-
tionis caſus eſt vbi ſimultanee cumula-
retur vt quia plures actiones ſimul pro-
ponantur. Secus ſi ſucceſſiue quia tunc
cum ſuper ſecundo loco propoſita lis i-
terum debeat conteſtari. nulli dubium
erit libellos eſſe duos & iudicia diuerſa,
Ita Paul. de caſtro. in. l. edita. ¶ In quo
purpur. concludit ꝙ ſi in prima actione
propoſita non fuerit lis conteſtata pro
alia cumulãda nouus libellus exigatur,
Quia non venit ad primã. actionem per
viam aditionis nam ſic eſſet emendatio.
Vñ due libelli erunt quia due ſunt cõclu-
ſiones quãquã vnum iudicium eſſe dicen-
dum ſit, quia ſuper vtroq; vna litis cote-
ſtatio ſufficit. Vult igr̃ ꝙ ĩ terminis Pau
li de Caſtro omnia ſint diuerſa, In termi
nis vero ſuis libelli tantum. Quod vlti-
mum de plano procedere dicemus ſi ca
pimus libellum pro charta, nam tunc &
in ſimultanea cumulatione duo erunt
ſecundum omnes vbi due eſſet cõcluſio-
nes. ¶ Sed ſi caperemus libellum pro iu
re quod ĩ eo deducatur vt loquitur Are-
tinus in. d. l. edita. in penul. colũ. tot ſunt
libelli quot actiones Argumento. l. ſciue
ue debemus. de verborum oblig. quod
verum eſſe puto & ſi vnica ſit concluſio
ad quod facit id quod infra per Baldum
¶ Si vero capiemus libellum pro qua-
dã ſolẽni forma deducẽdi ius in iudicio
tunc Aretinus declarãdo Bartolum di-
cit ꝙ aut medium concludendi in diuer-
ſis actionibus, ideſt cã eſt eiuſdẽ generis.
¶ Aut diuerſi. ¶ Primo caſu puta ſi a-
go contra te pluribus actionibus depo-
ſiti vel ſi pluribus commodati. de quo
in. l. in commodato. §. ſi duabus. ff. com-
modati. Eſt vnus libellus ſi in oĩbus ſe-

mel

mel concludatur vt declarat Bart. in.l.
cum rónibus.C.qui accuſare non poſ-
ſunt.❡ Secundo caſu diuerſus eſt libel-
lus.& diuerſa inſtantia. ſic intelligit iura
Bartoli vcz.l.heredes·§·ꝑ.ff.famil.Her-
ciſcum.&.l.nõ eſt nouum. ff. de action.
empt. ❡ Hanc diſtinctionem Aretinus
cepit a,Baldo & ꝑtermiſit id quod dicit
Baldus vcz vltimum Caput diſtinctio-
nis procedere vbi non ſunt iura conne-
xa.Secus in connexis.l.ſingulis.ff. de ex
cept.Argumento.l.patris & filii.de vul-
gari.& pupill.&.l.qui prior.ff.de iudic.
cũ ſimil. ❡ Itẽ procedere licet ſimul &
in eadẽ charta plures & differentes in ſpe
cie ponantur.nam nõ ideo minus ſit qn
quodlibet de per ſe decernatur.❡ Con-
cluditur igr̃ ex ꝑdictis attento ꝙ verbũ.
accuſatio.proprie ſumptũ ſignificat for
mam qua ius accuſandi deducitur in iu-
dicium vt dicit Aretinus. Ideo ſi plura
crimina eiuſdem gñis ſint etiam ꝙ inten
tentur contra diuerſos vna ſit accuſatio
l.hos accuſare.vbi Bar.ff.de accuſat. cõ
ſequenter vna ſoluetur pena.Secus ſi di-
uerſi gñis quicquid indiſtincte ſit loquu
tus Bar.in·d·§·ſed ſi alio.❡ Nam vt di
cit Salyc.in.l.ſi quis homicidii.C.de ac-
cuſat.quãuis pene ſint moliende. per.l.
ſi de interꝑtatione. ff.de penis per quod
arguit contra concluſionem hanc tamẽ
Argumẽtum tollitur cum i dubio a,vo-
cabuli proprietate non ſit recedendum.
vt ſupra niſi ex conſuetudine loquendi
tolleretur de quo Butricarius per Bart.
vbi ſupra recitatus,hoc eſt vt quia pro-
baretur ꝙ ex conſuetudine illo nec alio
mõ verbi accuſatio. Interꝑtatio ſit. ſic Sa
lyc.quod nota dum facis poſitiones

163 IVuxta hec dubitari contin
git quid ſi quis plures de di
uerſis criminibus ſimul ab
eiſdem commiſſis accuſare
velit an in eodem libello id
explicare queat.❡ Vel pone ꝙ vnum tã
tum de diuerſis criminibus ſucceſſiuẽ ac-
cuſare intẽdat an omnia in eodem libel
lo ponere teneatur,loquimur vbi nullo
modo crimina ſe tangant & ex diuerſis
cauſis ſeu factis ortum habuiſſent.Secus
ſi ex eodem facto nam tũc de ambobus
eodem tempore quis non accuſatur vt
eſt caſus in.l.qui de crimine.ff. de accu
ſat.❡ Redeundo glo.in.l.libellorũ. in
·§·ſed ſi aliud.de hoc dubitauit. Breui-
ter ſequamur nos Butricarium declara-
tum a,Salyc.in.d.l. ſi quis homicidii &
eundẽ Salycetum.❡ Qui relatis opinio
nibus,Ita concludit ꝙ aut plura iura ei-
dẽ competẽtia poſſunt reduci ad vnam
agẽdi formulam iu qua vtriuſq; effectus
includatur.❡ Aut non. Primo caſum
cum queritur an in eodem libello poſ-
ſint &c.vt ſupra.Dicẽdum ẽ ꝙ ſic per.l.
heredes·§·de pluribus.ff.famil. Herciſ-
cũ.l.ꝑtor·§·ſi mihi plures.ff.de iniuriis,
immo ꝙ inſtante aduerſa parte compel
latur ſi de omnibus ipſa aduerſa pars ex
periri velit.de.l.ꝑtor.&.l.nõ eſt nouũ.
in verſic.ꝙ ſi primũ.ff.de action. empt.
& hoc ex ratione ne litium diſpẽdia du-
plicentur.argumento. c. diſpẽdia de re-
ſcript.in 6.ſecus ſi non de omnibus, vt
C.vt nemo inuitus &c. ❡ Secundo caſu
principali concluditur ꝙ Actor ſiue ac-
cuſator in diuerſis libellis illa plura po-
nere poſſit.vt in.d.l.libellorum·§·ꝙ ſi
libelli,& probatur vt dicunt in. d.l. qui
de crimine.a,contrario ſenſu neq; com-
pelli põt vt in eodem libello ea poneret
cum lege non caueatur.ſi tñ ſponte velit
in eodem &c.vtiq; non eſt prohibendus
vt dicit Salyc.Immo ꝙ de hoc ſit caſus.
in. d. l. ſi quis homicii. iuncta gloſa.
etiam ſi crimina ipſa diuerſa lege pu-
nirentur quicquid Bartolus.

164 TErtio querendum ẽ poſt
glo.& Bar.in.d.l.edita an
ſup actione cumulata de
calũnia debeat iurari Bar
tolus relatis opinionibus
Azonis & Hugonis ad inuicẽ aduerſan-
tium concludit ꝙ vbi nõ variatur inſtan
tia ſed eſt vna & eadem neceſſe non eſſe
ꝙ iterum iuretur cum primum iuramẽ-
tum ſit vniuerſale ad quolibet emergens

vt in auc. in iſta. C. de iuram.calum. ❡ Secus vbi ex cumulatione noua inſtãtia fiat de quo ſupra. vt quia in ſpecie actiones differrent, nam iterum iurabitur & procedat quod ibidem illa gloſa. Indiſtincte volens eſſe iurandum quam communiter ſequuntur. ❡ Sed contra Bartolum ꝙ immo communis opinio indiſtincte procedat purpuratus hic mouetur, ꝙ habemus iuramentum regulariter deferri poſt litis conteſtationẽ Bar. in.l.2.C.de iur.calum.per. l. primam. ibidẽ Decius & in.c.prudẽtiã in.§.ſexta.de officio delegat, in tertia colum. q̃uis in aliquo caſu & añ conteſtationem deferri contingat, vñ p̃ſuppoſito iuramẽto delato in actione prima. p̃ſupponẽda eſt litis conteſtatio facta. ſed quia poſt litem conteſtatam impoſſibile eſt taliter cumulari ꝙ cumulata in eadem inſtãtia prima claudatur, ergo nunquã daretur caſus in quo iuramentum actionis prime ſufficeret in actioñ ſecunda. ❡ Secundo dicit ꝙ Bartolus loquitur per verbum emergit. ſed cumulata non emergit immo eque principaliter venit vt in diffinitioñ cumulationis dictum ẽ per Bal.in.l.non ignorat.C.qui accuſare non poſſunt. Vñ Paul.& Alex.in.d.l. edita.in añpenul.col. volunt vt licet vna inſtãtia videatur, plures tñ queſtiones eẽ cẽſentur. iccirco concludit indiſtincte ſicut ſupra. nam ſicut (vbi plures actiones ſpecie differentes in diuerſa inſtantia añ tñ aliquam conteſtationem cumularentur) vna pro omnibus litis cõteſtatio. ſat eſt, ita vt ſufficiat vnum calumnie iuramentum. ❡ Neq; ſequatur argumẽtum Bartoli volentis, diuerſitatem ſpecierum operari diuerſiatem inſtantiaꝝ, nam fideiuſſor ſemper verbis obligatur non ſic principalis. itaq; actionum diuerſe ſpecies ſunt & nihilominus fideiuſſor qui beneficio excuſſionis renunciauit in eadem inſtantia cum principali conueniri põt.l.3.§.fin.vbi Paul.ff. de duobꝰ re's & per Riminal.in.d.l.edita.in 5. cumulationum gñe. ❡ Conſidera ꝙ Bart. in p̃.mẽbro dicit quandoq; &c. ergo in hoc non vt plurimum contingit ſentire voluit. tunc.n. aſſentirem cum purpurato, ſed caſum in quo añ conteſtationem cumularetur, conſequẽter dum dicit nõ opus eſſe iurari ſuper actione cumulata, ſit intelligẽdus in caſu quo calumnie iuramẽtum añ conteſtationem ſuper prima deferatur, de quo Bar.in.d.l.2. alias recordor vidiſſe ſtatutum vt in editione actionis iuretur añquã cõteſtatio ſequatur. ❡ Circa verbum emergens dic ꝙ in verbis ſuis non ita ponderandum eſt ſicut ſe hñt verba legis. ſed potius prout poſtea inciderit iuxta illud. q̃ de nouo emergunt &c.ad. l. de etate. ff. de interrogat.action. Hec vbi preſupponimus vnam inſtantiam ſed ſi duas induſtincte contra Bartolum tenerem.

165 Qvarto poſt calumnie iuramentum dantur inducie vñ queritur an noue inducie concedende ſint in actioñ cumulata Bart. vbi ſupra ꝙ ſic niſi ex prima ipſius conuenti deliberatione potuiſſet & de actione que poſtea cumulatur eẽ inſtructus. Aduerto ꝙ loquitur de induciis deliberatoriis. De aliis puta que dantur ad opponẽdũ cõtra cumulationẽ dic ex mẽte Baldi in Papuana col. 21, indiſtincte dari. quicquid ſit in arbitrio iudicantis erit vt per Bald. in. l. 2. de dilat.

166 Qvinto vtrum ſuper eo tantum quod primo loco fuerat petitum ſñtia ferri poſſit vbi & alia cumulata fuiſſet glo.in.d.l.edita.& Bar. ꝙ ſic.p.l.de qua re.ff.de iudic. purpur. dicit Bartolum non cepiſſe gloſam volentem in prima tantum fuiſſe adhibitã cognitionem. ❡ Contra puto & conſidera ſua verba vt breuior ſim omittam. ſed nihilominus ſequere purpuratum in cõcluſione. ꝙ aut ſumus in caſu quo dũtaxat ſuper prima actioñ cognitum fuiſſet p̃ſuppoſito per gloſam, tũc ſi vna eſt inſtãtia ſuper vtraq; actione diffiniendũ

eſt

eſt etiam ſi ad inuicē ſic ſe haberēt ꝙ la
ta sñtia ſuper vna nō pareret ſuper alia
rei iudicate exceptionē. & rō ē quia plu
res diffinitiue ſuper eadem inſtantia fer
ri nequeunt.l.iudex poſteaq̄.ff.de re iu
dic.c.p̄.de mutuis petit. ℂ Si vero plu
res inſtantie eſſent tunc que actio p̄ ſit li
quidata prius terminari debebit etiam ſi
sñtia lata ſuper vna, ſit ſuper alia excep
tionē dictam paritura.quicquid glo. &
Bar. ſenſerint in.d.l.edita. Nam ipſi dicē
ti sñtiam differri debere donec ſuper ſe
cūda actionē Cognitum fuerit, imputan
dū eſt cur fuerit paſſus cumulari nec op
poſuerit.vñ vult vt acta iſtius prime ſen
tētie ad effectum excipiēdi de re iudicata
contra ſecundam actionē non diſcuſsā
produci poſſint.iuxta.l.gñalē. ff. de ex
cept. ℂ Aut ſumus in themate Bartoli
vcz vbi ſuper vtraq; cognitum fuiſſet &
tunc ſuper vtraq; pronunciari debebit
vt per Bar.quod verum purpur. Putat
etiam ſi vna sñtia exceptionē illā paritu
ra fuiſſet. per rōnem.l.de qua re.ff.de iu
dic.quicquid Bar.in.d.l.edita. ℂ Hoc
abſq; dubio verum eſt vbi vtraq; ſit abſo
lutoria vel condēnatoria. ℂ Si vero vna
condēnatoria & altera abſolutoria tunc
concluſio procederet, ſi pro Reo con
uēto procederetur in cōfeſſoria, vt ſi ab
ſolueretur a petitis per Actorem iuxta.l.
fundum.ff.de except. Et condēnaretur
tamē ad fundum. ℂ Sed ſi damus caſum
e conuerſo concluſio non procederet,
non enim ſup vtraque pronunciasi poſ
ſet obſtante regula.l ſingulis . ff. de ex
cept . ſed tunc tutius erit in preiudicia
li debere pronunciari.

157 REtēto themate dicto quan
do ſup vtraq; actione pro
nunciādum eſt. an ſi ſuper
vna duntaxat pronuncie
tur sñtia ſit nulla. vel ſi nō
ſit an altera ſopita remaneat, Bart.in.l.
edita vult non eſſe sñtiam nullam. l. nō
iccirco.ff.de iudic.cum ſimil.nec altera
ſopitur vt hic purpur.etiā ſi numero tan
tum differrent per doctrinam Bartoli in
l.cum.quis.ff.de ſolut.& quāuis hoc dif
ficile eſſe dicatur cum per diffinitiuā vi
deatur officiū iudicis expiraſſe, argumen
to.l.4.ff.depoſ.nihilominus quia tot li
belli cēſentur quot actiones totidemq;
inſtātie vt ſupradictū ē, igitur cōcludēdū
ē vt vna finita nec altera ſopita remaneat
argu.l.fin .C.de calū.l.Papinian.exul.ff.
de minoribus.& textus nr̄i vulgariumq;.

158 SExto querēdum eſt vtrum
plures perſone in eodem li
bello cumulari poſſint. dic
per Bald. in.ciuilibus, & in
criminalibus tam de perſo
nis actorum q̄ reorum quam etiam iudi
cum vt in Paduana num. 92. ſuper
quo nihil aliud ponam ne terminos
iſtius noſtri ꝗ tractantis tantum de cu
mulatione actionum eggredi videar.

159 VLtimo nedū cō
mode ſed et ne
ceſſe eſſe puto vt
(cum in prepoſi
tis materiis non
pauca iudiciarie
cognitionis or
dinem concer
nentia diſcuſſerimus, hoc eſt duarum
pluriumve actionum in iudicio propo
ſitarum in qua prius poſteriuſue diffini
ri vel cognoſci oporteat) Materiam
quoque ipſam de ordine cognitionum
nedum diſtinctim repilogemus, ſed ſu
pra ſparſim poſitā in vnum reducamus.
Itaq; & quartum hunc tractatū ex tribus
precedentibus tractatibus colligemus.
ℂ Dicendum eſt igitur premittendo ꝙ
vbi non eſt cumulatio actionum (large
loquor prout officium iudicis nec non
170 & exceptio actionis vocabulo compre
hendūtur.iuxta.l.actionis verbo. de ver
borum ſignif.& ꝗ p̄.inſtit. de except.)
ibi ordo cognitionis eſt diſputandus.
ℂ Si enim cumularentur cōcurſum in
ter ſe haberent vnde non eſſet dare prius
atq; poſterius, ſuper quo uis ordinis fun
data eſt: doct.in.l.moribus ff.de uulga
ri & pupill. ℂ Item ubi tantum unica

competit ibi de ordine non ē diſceptandum. Cum ſuper vna tantum plures cognitiones eodem tempore nō adhibeantur vt traditur in.l. vbi ceptum.ff. de iudic. ¶ 2. Facit ꝙ dicit Bar. in.l. edita nu. 8. ꝙ vbi non eſt niſi vna non cadit electio. ita dicemus hic.

27 ET concludamus ꝙ vbi plures competant actiones large vt ſupra vel eidem puta actori cōpeterent, vel vtriq; viciſſim litigantium, que ſimul vel ad inuicem ſe non compatiātur ibidem de cognitionis ordine diſcutiendum eſt. earum vcz que in cognitiō ꝑferatur. ¶ Vnde aut actiones plures ſeu plura remedia ab eodem prodoſita fuerint. ¶ Aut altero vtriuſq; viciſſim. ¶ In ꝑ. capite aut earundem altera tantum ſit poſſeſſoria. ¶ Aut quelibet petitoria. ¶ Aut poſſeſſorie omnes. ¶ Si altera tā tum &c. tunc aut eſt recuperāde. ¶ Aut retinende. ¶ Aut adipiſcende prout in cā poſſeſſionis & proprietatis diximus. ¶ Si recupāde ordo cognitionis eſt vt tam ſuper petitorio q̄ ſuper poſſeſſorio procedatur vt dixeram diſtinguendo tñ vt ad num. 72. Et in fallen. 57. ¶ Si retinēde tunc aut intuitu eiuſdemmet poſſeſſionis ābo proponātur. ¶ Aut diuerſe. ſi eiuſdem tūc videtur vt cognitio prius ſuper poſſeſſorio fiat vt ex eiuſdē cognitionis fine ſciatur an ſuper petitorio cognoſcendum ſit. l. ordinarii. C. de rei l. incerti. C. de interdic. contrarium dicas quia hic ab eodem proponūtur qui vt ſibi ipſi contrarius eſt repellendus vt in vulg. ibi a, diuerſis. Repellendus iuẜ ſed ſecus in habentibus cauſam proprietatis admixtam. & in iuribus corporalibus & ſimilibus vt ibidem num. 83. 84. vſq; ad nu. 92. ¶ Si vero ageretur reſpectu diuerſe poſſeſſionis in vtroq; eodem tempore cognoſci debebit vt in ·ꝟ· nr̄o. ſic cōmuniter intellecto. vt diximus nu. 81. 82. vbi etiam plene quid attendendū ſit vbi dubitaretur an reſpectu eiuſdem ſiue diuerſe poſſeſſionis iudicia mota fuiſſent. ¶ Aut & tertio poſſeſſoria ꝓpoſita eēnt adipiſcende tunc ordo illud erit vt prius ſuper petitorio cognoſcantur, quod qn̄ procedat viſum eſt. num. 98.

SEcundo principali Articulo ideſt quādo actiones oēs ſuper proprietate ſeu perſonales ab eodem proponantur eſt dicendum ꝙ (quia regulariter cumulātur vt ſupra diximus in tractatu de cumulatione actionū nu. 118. 120. 121.) ideo eodē tēpore ſuper vtraq; cognoſcetur ne alias dicendo fateri cogamur cumulationē vano introductam eſſe ſeu irrationabilem. ¶ Sed quoniam concluſio regularis hec plures fallentiis patitur vt latius videre ē regulis quas ſupra poſuimus cumulationum impeditiuis, ideo iudicantem animaduertere oportebit an actiones plures ab eodē propoſite tales eſſent ꝙ ſui natura vnius electione altera tollatur. ¶ Aut non. Primo caſu ſup ꝑ loco propoſita cognoſcetur nec alteram cumulari patiatur vt ſupra num. 142. vbi plene. & ſi eodem tempore proponerentur proponentem coget ad eligēdum. vt. d. ·ꝟ· eligere. dixi, num. eodem. in verſic. ſi vero &c. Quo facto ſuper electa cognitio fiet. Nec amplius altera moueri poterit. ¶ Secundo caſu quando non tollūtur electione tunc SECVNDA DISTCTIO ERIT ꝙ aut ad inuicem ita ſe habeant ꝙ inter ſe contrarientur & tunc diſtinguendum eſt ꝙ aut origine, aut exercitio tantum contraria ſint vt dixeram. num. 146. ¶ Secundo caſu ideſt ubi non contrariantur tunc TERTIO LOCO DISTINGVE ꝙ aut vna propoſitarum actionum eſt maior altera. ¶ Aut nō. Si maior ſuper ea dūtaxat cognoſcetur ut diximus. num 148. in 5. regula cumulationum impeditiua niſi maior incidenter proponetur ut ibidem in fine. & quando dicatur maior uide ibidem cum ſequentibus numeris uſq; ad 154. excluſiue. ¶ Qua actione maiore diſcuſſa, minor inchoari

poſſet

poſſet niſi maior ipſa per modum exceptionis propoſita fuiſſet quia tunc ſi in fauorem ipſius excipientis diffinitum eſſet non amplius ſuper altera cognoſcetur. de quo viſum eſt. num. 133. ¶ Si earũ altera non ſit maior tunc & QVARTO DISTINGVEMVS ꝙ aut ſecundum iuris ordinem altera precedere debet. ¶ Aut non. Primo caſu cognoſci oportebit ſuper ꝓ loco ordinata vt viſum eſt ad ſextam regulam impeditiuam num. 151. ¶ Sed ſi nullus a, iure ordo ē introductus tunc faciam duo membra. ideſt aut vtraqꝫ principaliter inchoata eſt. ¶ Aut altera propoſita incidenter. ¶ Primo membro ſubdiſtinguendum eſt ꝙ aut vtraqꝫ actio eſt ciuilis. ¶ Aut vtraqꝫ criminalis. ¶ Aut altera tantum criminalis. ꝓ caſu in vtraqꝫ cumulatarũ cognitio iudicis erit vt diximus in generibus cumulationum. nume. 135. 136. 137. 138. 139. 140. non obſtante ꝙ p aduerſarium proponentis ſeu Reum cóuentum inſtetur vt ſuper vna duntaxat cognitio fiat. ¶ Hoc vltimũ dico quia in pſatis. ſecũda, tertia, & quarta diſtinctionibus ita demũ cognitio ſup vtraqꝫ impeditur, ſi conuentus proteſtatus ſit ſcz ne cumuletur. ¶ Alias eo non proteſtante neqꝫ id declarante non attenta contrarietate Minus imparitate ſup omnibus eodem tempore iudicis cognitio erit. vt ad. num. 143. & 144. in verſicul. queritur modo &c. ¶ Niſi talis ea ſit cótrarietas ĩ libello ꝙ ſup ea minime ſñtia formari poſſet vt quia minus per acta ſequentia fuerit ſublata vt diximus num. 160. per Bal. in Paduana. num. 83. ¶ Et niſi actiones ipſe plures non ſimpliciter ſed ſub conditionĩ a, principio cumulate fuiſſent nam tunc non ſimul eodem tempore &c. Quod vltimum eſſe verum dicas non tamen in omnibus caſibus predictis vt declaraui ad num. 146, in fine tertie regule impeditiue cumulationis. ¶ Secundo caſu quando vtraqꝫ ſit criminalis tunc eodem tempore in cognitione concurrent vt ſupra ad num. 126. in verſic. quam noſtram &c. & num. 127. ibi quarto &c. ¶ Tertio caſu quando altera tantum ſit criminalis ſimili modo in vtraqꝫ cognoſcetur. vt ad num. 129. 130. in verſic. ſeptimo ex eadem &c. in fine. ¶ Sequitur ſecundum membrum vcz quando vna principaliter altera vero incidenter propoſita eſſet non, diſſimili modo concludamus ſuper utraque (cum ab eodem propoſita ſint) cognoſcendum eſſe attento ꝙ omnis regula impeditiua ceſſat, maxime illa preiudicii de qua in. l. prima. C. qui accuſare non poſſunt. & in. c. tuam. de ordine cognit. ¶ Tertius principalis articulus nunc ſequitur videlicet quando oẽs ſunt poſſeſſorie propoſite ab eodem, tunc dic ꝙ ſi non obſtat impedimentum contrarietatis ut quia proponens non ſit ſibi ipſi contrarius cumularentur quia tamen hoc uix contingere poſſet cum ſemper pene obſtare uideatur ut diclarat Bal. in l. incerti. C. de interdic. num. 25. ideo cõcludamus regulariter ſup utraqꝫ cognoſci non poſſe ſed immo actorem eſſe repellendum ut notat ubi ſupra Bald.

CAput ſecundum principale huius materie ſequitur hoc eſt ubi a, pluribus ad inuicẽ aduerſantibus actiones plures ſeu remedia plura moueantur. Super quo illa ẽt diſtinctio eſt attendẽda ꝙ aut ſunt plures ciuiles. ¶ Aut criminales. ꝓ caſu ꝙ aut earum altera ẽ poſſeſſoria. ¶ Aut utraque petitoria. ¶ Aut & tertio q̃libet poſſeſſoria. ¶ In ꝓ membro conſiderandum eſt ꝙ aut illa poſſeſſoria eſt recuperande. ¶ Aut retinende. ¶ Aut adipiſcende. ¶ Primo caſu quando recuperande tunc aut eſt mota per modum exceptionis. ¶ Aut per modum actionis. ¶ Si per modũ exceptionis & aliud conſiderari oportet ꝙ aut exceptio ſit propoſita ante litem cõteſtatam in petitorio. ¶ Aut poſt. in ꝓ articulo qñ ante litem &c. Dic ut dixeram ad regulam ſpoliatus añ omnia ſup prima. & ſecũda fallentiis. ¶ Hec. n.

exceptio nõ eſt peremptoria vnde nõ poſt cõteſtationem &c.iuxta titulum. Inſtit. de except. neq; proprie dilatoria intẽtionis actoris itaq; minus dicetur regulariter contra intentionem de quo nunc diximus, ſed potius priuilegiata vt i.d.fallen.prima & ſecũda.& qnta. num. 131. ❡ Quod priuilegiũ perditur per cõuentiõẽ tacitũ cõſenſum vulg.l.ſi quis in cõſcribendo.C.de pactis & poſuimus late. ad num.77.per totum.& prius in fallentiis. prefatis. ❡ Proſequamur hoc recuperãde aut poſſeſſorium per modum actionis.tunc ſuper eo prius cognitio fiet q a ſpoliatus ante omnia &c.vt ad nu. 64.65.ſi tñ añ conteſtatiouem factã in petitorio propoſitũ fuiſſet.❡ Sed ſi poſt conteſtationẽ tũc dic vt in 24. & 25.fallentiis. vbi etiam.de bñficialibus. ❡ Itẽ quod dixi prius ſuper poſſeſſo: io tali cognoſcendum eſſe procedit etiam ꝙ queſtio proprietatis ab aduerſario per viam exceptiõis mota fuiſſet vt ſuꝑ ſuo loco. & in fallen.prima.& ſecũda. ❡ Hoc dixi quia regulariter ſuper exceptione prius cognoſcendum eſt.vt in princ.inſtit. de exception. dũ exceptio diffinitur. ad ꝙ c.tuam.cũ aliis poſitis ad num. 118.iuncto q a dñium regulr̃ ad ſe trahit poſſeſſionem vulgata.l.bonafides. C.depoſiti. & ꝙ ſuper ipſa poſſeſſionis reintegrãde eã prius cognoſcatur exempla pene tot erũt quot poſuimus ampliationes ad regulã ſpoliatus añ oĩa. ❡ Nõ tñ hoc procedere videtur vbi petitorũ ſuper diuerſa re q̃ ſuper qua petitorio agr,lis conteſtata fuiſſet de quo tñ dic vt ĩ fallẽ.60. ❡ Sed ſi poſſeſſorium ſit retinẽde dicendũ eſſet vt poſuimus in ſui materia inchoãdo a,num.81.& proſequendo vſq; ad num.96. ❡ Si vero poſſeſſorium eẽt adipiſcende,dicemus vt ſuꝑ in ſui materia.ad.nu. 97. ❡ Secundo caſu ideſt qñ vtraque petitoria eſt que ab vtraq; parte propoſita eſſet , & dicẽdum eſt prout declarauimus num. 131.in verſic. octauo &c.ibi ꝑ.caſu &c.cũ ſequentibus. ❡ Tertio caſu qñ vtraq; eſt poſſeſſoria tũc aut vtraq; reintegrãde hincinde ꝓponatur. ❡ Aut vtraq; adipiſcẽde. ❡ Aut ab vno prius recuperãde ſed ab aduerſario poſt retinẽde vel adipiſcende. ſeu e,cõuerſo. ❡ Aut ab vno prius retinende ab altero poſt adipiſcende vel e,cõuerſo. ❡ ꝑ mẽbro ideſt ĩ reintegrãde. ❡ Aut p modũ actionis dicẽdũ ẽ vt poſui.ad regul.ſpoliatus añ oĩa in fallen,59. & hr̃ in. c.fin. de ordiñ cognit.aut per modũ exceptionis dicendum eſt vt in.d.fallen. ❡ Si ab vtraq; parte agatur retinẽde nulli dubiũ reſtat qn ſi eodẽ tẽpore proponãtur locus ſit regule. ꝙ q melius probabit &c. l.ab ea parte.ff.de probat.& interim ſuꝑ vtraq; procedetur ĩvt litigatorũ paritas &c.l.fin. C.de fruct.& litium expenſis cũ ſimil. ❡ Si diuerſo tẽpore locus erit Regule.l.qui prior.ff.de reg. iur.nã & occupãtis ẽ melior conditio.l. ſiue aũt.ff. vti poſſ. ❡ Non diuerſimode dicendum eẽ puto ĩ poſſeſſorio adipiſcẽde. ❡ Sed ſi ab vno recuperãde ab alio adipiſcẽde,vl̃ retinẽde,certũ eſt ſuper ſolo recuperãde fore ꝓcedẽdũ . cũ ſpoliatus Ant.oĩa &c. nam ſi exceptio dominii recuperande non obſtat vt in prima & ſecũda fallentiis & mille locis viſum eſt multo minus obſtare poſſeſſionis exceptionem vel actionem concludendum eſt argumento.l.bonefidei.C.de depoſiti. ❡ Niſi actor recuperande ſiue excipiens ſibimetidſi preiudicauerit conſentiendo ſuper retinende &c.vt in d.prima fallen. ❡ Vltimo loco quando ab vno adipiſcende ab altero retinende tunc nulla ratio ſub eſt cur ſuper vtroq; non ſit procedendũ ❡ Redeundo quando eſſent plures criminales hincinde mote principaliter vel incidenter me remitto ad ſupra poſita. num.31.in fine. ❡ Sũ expeditus & equidẽ me nõ latet pro hoc vltimo tractatu potuiſſe ex tribus ſuperioribus plura colligi,ſed quoniam hic nũq̃ diſtinguẽdo magis pro lectoris commoditate quã diſcutiẽdo(de quo ſupra)profiteor,ſtudioſe tu ipſe cetera colligere ac ſupplere non dedignaberis. ❡ Ego hec pauca ſuꝑ his

materii

materiis dixiſſe cautius exiſtimaui, non vt ignorem longe melius ea conſiderari declarariq; potuiſſe, ſed vt quiſq; ceptum olim a. me ſcribendi vſum temporum calamitate non aliqua ex ignauia diu intermiſſum fuiſſe facile arbitretur HONOR, LAVS, GLORIA, CHRISTO REDEMPTORI NOSTRO cuius eterne pietati meos porrigo labores Antonius de Mattheis.

FINIS.

INDEX MATERIARVM.

1 OPERIS Commendatio.
2 EVIDENTIALIA.
3 PROPRIETAS, verbum. Quomodo ſumatur. diffiniatur, In quo differat a dominio & ab vſufructu. ℂ Senſus. Ad. l. iiii. ff. de vſufru. ℂ Ad. l. proprietatis dominium. C. de probat. ℂ Ad. l. recte dicimus. de verbor. ſignific. Collectiue. ℂ Ad. l. permiſceri. in titulo noſtro. ℂ Ad. l. per procuratorem. C. eodem. ℂ Ad. l. ſi de vi. ff. de iudic. ℂ Ad. l. queſtio. de verbor. ſignif. ℂ Ad. §. non ſolum. inſtitut. per quas perſon nobis acquir. ℂ Item ad §. primo. inſtit. de vſufruc. ℂ Ad. l. idem neratius. in. §. non ſolum. ff. de vſufructu. accreſcen. ℂ Et ad. l. ſequen. ℂ Ad. l. vſufructus pluribus a ff. de vſufructu. ℂ Ad. c. primum de in integrum reſtit.
4 SVPER libello cõcludente ad solã proprietatem an lata ſententia teneat. ℂ Senſus ad. l. ſi domus. §. fundus. de legat. prima.
5 DIVISIO textus & ratio decidendi cum eius intellectu.
6 PRIMVM notabile cum concordan. vbi idẽ notari poteſt.
7 DOMINIVM ex poſſeſſione an preſumatur. ℂ An & quomodo ex diuerſis non inferatur. ℂ Senſus ad. l. plerumque. ff. de iure dotiue. Ad. l. primam. ff. de de ventr. inſpicien.
8 SECVNDVM notabile. ℂ An petitorio peudente poſſeſſorium & quod inchoari poſſit remiſſiue.
9 TERTIVM notabile an qui petitorio vti ceperit, poſſeſſorio renunciaſſe dicatur. R emiſſ.
10 GLOSA prima. examini tredi ur, et an quid commune habeat proprietas cũ poſſeſſione.
11 SERVITVTES habens vel ſimilia iura an proprie poſſidere dicẽdus ſit. ℂ Et ex quibus conſtet vſusfructus ℂ Senſus ad. l. ſi edes. in. §. fin. de ſeruit. Ad. l. penult, de ſeruit.
12 VSVMFRVCTVVM habens ſeu ſimile, dominium an habere dicatur.

13 SVPER libello cõcludẽti in ſolo dñio an probato duntaxat ſuper vſufructu ſententia lata ſubſiſtat. ſenſus ad.l.ii.in.§. primo,ff. ſi ſeruitus vendic.

14 CLAVSVLA omni meliori modo. ſeu clauſula petens ſibi ius & iuſtitiã miniſtrari quid operentur.

15 DOMINIVM an ex ſola poſſeſſione queratur.

16 DOMINIVM a, poſſeſſione an ſeparetur:

DE CAVSA POSSESS. ET PROPRIET. DE RESTITVTIONE SPOLIAT.

17 GLO. FINALIS examen.

18 SENTENTIA lata in petitorio, an in poſſeſſorio hñte cãm ꝓprietatis admixtam preiudicet quid e, conuerſo. ℭ Sẽſus ad.l. ſed ſi ante.ff. de except.

19 REVS conuentus in petitorio ſi ea ſola rõne quia dominum ſe eſſe probaſſet, abſolutus ſit, an ea propter eundem poſſeſſorio recuperande agentem repellere valeat. ℭ Senſus.ad.c.primo de reſtit. ſpoliat. ℭ Et de circuitu euitando.

20 CONCLVSIO circa predicta. ℭ Sẽſus ad l. ſi qs in tantã.C.vñ ui. ℭ Et ad.l. ſi conſtiterit.ff. finiũ regundorum.

21 QVID in proxima difficultate dictandũ ſit. ℭ Sẽſus ad.c. primũ, de reſtit. ſpoliat. ℭ Ad.c.ad decimas. eodem in lib. 6. ℭ Ad.c. audita.extra eodem. ℭ Ad.l. fin. ff.de pactis.

22 ACTOR poſſeſſoriũ petitoriũq; eodẽ tempore mouens ſi patiatur per conuentum excipi de dominio suo an propterea ſibi preiudicet quominus ante omnia reſtituatur.

23 QVID ſi ſolum petitorium intẽtet vel ratione ſolius detentationis ſeu etiam poſſeſſionis a, qua priuſquam peteret ſpoliatus ab eodem fuiſſet.

24 QVID ſi quis petitoriũ cepit. & poſtquã conuentus de ſuo dominio excepit a, conuento ipſo ſpolietur. Sed poſt ſententiã pro dominio conuenti latã reintegrari petat, an propter ſententiam ipſam reintegrari ante omnia impediatur.

25 QVID ſi spoliatus ſit antequã de ſuo dñio cõuentus excepiſſet ſed poſtq̃; ſup dominio ipſo ſententia lata ſit, poſſeſſorium inchoaret, an non ante omnia reſtituatur. ℭ Secus. ad.§. noſtrum. ℭ Ad.§. reintegrande. inſtit. de inter. ℭ Ad.c.ad decimas.eodem.ln 6.

26 REGVLA. ſpoliatus ante omnia reſtituendus declaratur. necnon ratio cur ante omnia id fiat. ℭ Queue requirantur vt id fieri obtineatur tam in ſpiritualibus & in beneficialibus quàm in profanis. ℭ De violento ſpolio vel de non violẽto & de quo tempore ſpolii probandum ſit. ℭ Sẽſus ad §.interdictum in.l. prima. ff.de ui & ui armata. ℭ Ad. l.iiii.ff. de condit et demõſtr.

27 SPOLIATO poſtquã ſuper dominio conuenti ſententia lata eſſet, & agenti recuperande cur exceptio dominii conuenti minus officiat, exemplum & quomodo hec prima fallentia procedat. ℭ Item cur ſpoliato poſt petitoriam a, se ceptum ſed ante diffinitionem ſuper dominio conuenti poſt ceptam tamen cognitionem

nem. agenti recuperande obſtet exceptio prefate cognitionis ita vt non ante omnia reſtitui obtineat. & quid in terminis. c. reintegrāda. 3. q. prima.

28 EXCEPTIO prefate cognitionis atque ſententie ſuper dominio conuenti an ſpoliato recuperande agenti, ſimulque dicenti ſpoliantem ſi quod dominium habuerit amiſiſſe vigore legis. l. ſi quis in tantam. C. vnde ui. obſtet. ℭ An et quando ſententia que lata eſt ſuper dominio cōuenti ſic poſſeſſorium reintegrande reſpicere videatur vt eidem poſtea moto ſit nocitura.

29 DOMINVS ſpolians clādeſtine poſſeſſorē an de ſuo dn̄io excipiendo repellat eundē inſtantem ante omnia reintegrari. ℭ Quid ſi poſſeſſor ipſe ante dn̄i ingreſſum poſſeſſionem vacantem dimiſiſſet. ℭ Quid ſi dn̄s probaret poſſeſſionem abſque vitio habuiſſe. ℭ An poſſeſſio poſterior clādeſtina preſumatur. ℭ Quo modo in his omnibus diſtinguendum ſit. ℭ Senſus in. l. ſi coloni. C. de agric. & cenſitis. ℭ Ad. l. ſi de eo. in. §. fin. i. eodem.

30 PREDONI clā ſpoliato recuperande agenti, an exceptio dominii conuenti ſēper obſit.

31 BENEFICIVM canonis reintegrāda. 3. q. prima. an ſemper competat ſpoliato vbi. non competit quo iure occurratur.

32 CANONIS reintegranda. 3. q. prima. fit examen. ℭ Senſus ad. c. cum ad ſedē, de reſtit. ſpoliat. ℭ Ad. c. ſepe in eodem titulo.

33 CANONIS reintegranda. remediū, an in rebus, & foro laicorum locum ſibi vendicet. ℭ Senſus ad. l. ſi me & titium. ff. ſi cert. petatur,

34 POSSESSIONE priuatus non expulsiue, nec ablatiue inſtans ante omnia reintegrari. an per dominii exceptionem repelli poſſit, an iudicis factum cenſeatur eſſe factum litigatoris. ℭ Coacta voluntas an dicatur eſſe voluntas in poſſeſſorio recuperande. ℭ Exceptio dn̄ij, an et quando agenti actione ꝙ metus cauſa nocitura ſit. ℭ In poſſeſſorio recuperande; an expulſiua differat a, compulſiua. ℭ Senſus ad. l. Medicus. ff. de varijs & extraord. cognit. ℭ Ad. l. fin. §. fin. ff. ꝙ metus cauſa. ℭ Ad verba Bartoli & Baldi in. l. penult. ff. de condit. ob turpem cauſam.

35 COMPELLENS quem ad dimittendam poſſeſſionem ſi eandem minus ingrediatur, an compulſus (priuſquā ſuper dn̄io cōpellentis cognitio fiat) reſtituendus ſit. ℭ Cur in profanis non eo modo exceptio dn̄ij obſtet ei qui metu poſſeſſionē reliquiſſet ſicuti ſi metu renūciaſſet.

36 IN Poſſeſſorio tangente cām proprietatis ſpoliatus, an eo ipſo quo quis reintegrari petit. audiendus ſit. ℭ Quale ſit poſſeſſorium habens cauſam propietatis admixtam. quid operetur, & quid in beneficialibus. ℭ Senſus ad. l. 3. in. §. hoc autem. ff. de itinere actuq; priuat. ℭ Ad. l. fin. cum ibi notatis. ff. ſi ſeruit. amittatur.

37 PETENS añ omnia reintegrari. An ex eo (quia reſtitutio abſque irreparabili preiudicio fieri nequit, & quia ſpolians ſe dn̄m probare incontinenti velit) im=

pedientes. ¶ Quid ſi non irreparabile eſ
ſet ſed ſi reſtitutio fieret poſſeſsio diffi=
culter. puta fortilitii ab eodem auocare=
tur. ¶ Ad copulã carnalẽ, an & quan=
do reſtitutio fiat. vbi de viri ſeuitia ti=
meatur vel q̃a odio capitali vxorẽ proſe
queretur. ¶ Quid ſi is a, quo difficulter
poſſeſsio auocaretur vt ante omnia rein=
tegrandus ſit offerret velle idonee caue=
re ſi pro conuenti dominio iudicabitur.
¶ Quid ſi ſpolians nedũ dominiũ ſuum
ſed & ſpoliũ anterius oſtendat, an caueri
per ſpoliatũ vt ſupra ſufficiat. ¶ Ca=
ſus vbi ex interuallo ſpoliatorẽ ſpoliare
liceat. ¶ Senſus ad.c.nõ debet. xi, q.iii.
¶ Et ad.c.non inferenda. 23.q. prima.
QVID ſi ſine magno ſcandalo reſti=
38 tutio fieri nequeat, an propterea ſpoliato
non ſit occurrendũ. ¶ Officium iudicis
quale erit.
AGENS recuperandę ſi pro iuſtifi
39 cando dominio conuenti ad iudicialem a=
ctum perueniri ſit paſſus, an ex eo ante
omnia reintegrari impediatur. ¶ Quid
in cauſa appellationis.
PRESVMPTIONE iuris ex=
40 tante contra ſpoliatum, an ante omnia re
ſtitui debeat, quenam dici debeat hec pre=
ſumptio. ¶ Exemplatur in ſpiritualibus
beneficialibus necnõ et ſeruitutibus. ¶ Sẽ
ſus ad glo.in.c ad decimas.eodẽ.lib.6.
DOMINII exceptio ſi a, tertio non
41 habente cauſam a, ſpoliatore proponatur
an. ſpoliatũ reintegrari ĩpediat. ¶ Quid
ſi ex reſtitutione ipſi tertio durior Ad=
uerſarius conſtituatur. ¶ Quid ſi ex non
reſtitutioue melior cõditio ſpoliantis fiat.
et q̃d ſi tertius nedumdñum incontinenti
oſtendere ſit paratus ſed & ꝙ alias ab
agente nunc reintegrãde fuerit ſpoliatus.
42 EXCEPTIO cõcludens ſpoliatũ nõ
poſſe poſsidere an ſpoliatum reintegrari
impediat. Exempla quotidiana.
43 EXCOMMVNICATVS ab
agendo poſſeſſorio reintegrande, an &
quando repellatur. quid in heretico & ſi=
milibus vbi pulcherrimi caſus.
44 ASSASSINI. Simoniaci tirãni ſi
mileſq; criminoſi ob crimina inhabiles ad
poſsidendũ ſpoliati, an et quãdo reſtitu=
tui impediantur. ¶ Beneficialia in hoc an
differant a, profanis.
45 CASIBVS in quibus ex reſtitutione
peccatũ reſultaret ſicut eſt in quibuſdẽ be
neficialibus & matrimonialibus an ſpo=
liatus reintegrari impediatur.
46 IN BELLO ſpoliatus an pace con
fecta reſtituatur.
47 REVS reintegrãde conuentus exci=
piens de dominio ſuo Actoris facto poſt
ſpolium ſibi queſito puta negligentia vel
renunciatione. An Actorem ipſum remo=
ueat a, poſſeſſorio reintegrande. ¶ An ꝑ
renunciationem iuris ſpoliati fiat notoriũ
ius ſpoliantis. ¶ Quid in beneficialibus.
¶ Quid in habẽtibus cãm proprietatis ad
mixtam. ¶ Quid vbi in beneficialibus vis,
aut metus interueniſſet. ¶ Quid ſi poſt
ipſam renunciationem renuncians ad huc
poſsidere repertus ſit. ¶ Senſus ad.c.ſol=
licite. de reſtitut. ſpoliat. in.6.
48 PRELATVS agens, tutor ſiue al
ter adminiſtratorio nomine, an & quan=
do reintegretur. ¶ Senſus ad.c.cum ſu=
per. de eam poſſeſſ. & propriet.
49 SI PER ſpoliati confeſsionẽ vel ali=

ter iudici liqueat poſſeſsionē nō eſſe reſti tuendā ſpoliatus reſtituendus an ſit qd in beneficialibus ſiue profanis. ¶ Vltimum ſpoliū purgandum eſſe qūo intelligatur. ¶ Quid ſi ſpoliatus ſuū ſpoliatorē alias ſpoliaſſet. ¶ Quid de pluribus violentijs hincinde cōmiſsis,an & q magis in remte granda audiendus ſit. ¶ Qualis ſit ille pre do q in poſſeſſorio reintegrādo audiri nō mereatur,& q vocari debeant predones vltra eos quorū ſaluti nemo parcere de bet. ¶ Si ſpoliantis violentia notoria non eſſet, an reſtituere non teneatur attento non iure ſpoliati. ¶ Stante non iure ſpo liati,an ex eo qa reſtitutus capiendo fru ctus peccat.reſtitui non mereatur. ¶ Offi ciū iudicis laici,necnon eccleſiaſtici quali ter habere ſe debeat. ¶ Seuſus ad glo.in. c.in literis.eodē. ¶ Ad.l. ſi qs ad ſe fun dū.C.ad.l.Iul.de ui. ¶ Ad.l.primā.in.§ q ui a,me.ff.de ui & ui armata. ¶ Ad. §.recuperande.inſtit.de interdic. ¶ Ad. d.l. ſi qs. ¶ Ad,rotā.in nouis.deciſ.7.& deciſ.624. ¶ Ad.d.l. ſi qs. ¶ Ad Re gulā cancellarie Apoſtolice.de vltimo ſpo lio purgando.

50 EXCEPTIO ſpoliātis aliqua pro batione concludens,an noceat reintegrari volenti.

51 EXCEPTIO dominii,eccleſie no mine ciuitatis ſiue pupilli probāda, an spo liato ſe reſtitui petēti nocitura ſit. ¶ Sen ſus ad.c. primū,de reſtit.ſpoliat. ¶ Ad.l, ſi quis in tantam.C.vnde vi.

52 SPOLIANS reintegrande cōuen tus excipiens ſe ab actore prius ſpoliatum an ſpoliatum actorem impediat ante om ni a reintegrari. ¶ Quid ſi non per modū exceptionis ſed actionis anterius ſpoliū op ponat. ¶ Exceptio ſpolij,an omnibus alijs exceptionibus priuilegiatis,puta depoſiti, vel ſimilibus paratam executionē habentibus preferatur,

53 SPOLIATVS vbi non ageret ſpolio sed exciperet aduerſus petitorium actoris q ſpoliauerat,an poſſeſsionis reſti tutionē obtinere valeat. ¶ Quid ſi cōtra poſſeſſoriū reintegrande tali modo exce piſſet, ¶ Malefidei poſſeſſori contra ma lefidei poſſeſſorē,an remediū canonis re integrande competat. ¶ Quid in iuribus incorporalibus atq; ſpoliis ſuper diuerſis rebus hincinde cōmiſsis. ¶ Senſus ad.c.cū dilectus.de ordine cognit.

54 SPOLIATO a,re mobili.an exce ptio dominii incontinenti probabdi obſit.

55 IN CAVSIS ſpiritualibus & be neficialibus spoliatus,an ante omnia reſti tuendus ſit,& que requirantur vt reſtitu tio concedatur. ¶ Quod modis titulus co loretur,& de tituli coloratione. ¶ Quid ſi spoliatus titulū non colorauerit,an ſentē tia pro ſe lata ſit ipſo iure nulla. ¶ Poſ ſeſſor conuentus,an titulū colorare tenea tur. ¶ Agens poſſeſſorio reintegrande per viā attentatorū,an poſſeſsionē quā habeat ex titulo colorare teneatur. ¶ Qūo colo ratio fiat, an fienda ſit vbi pro attenta tis agatur.

56 PETENS reintegrari ad eccleſiam beneficiam vel ad aliud quod publici iuris ſit poſſeſsionē ex titulo,an colorare tenea tur. ¶ Si ius reſiſtat agēti,an ex titulo poſ ſeſsionē colorare teneatur. ¶ Quid ſi ne dū reſiſtat ſed etiam pateat de notorio nō iure ſuo.an coloratio ſufficiat. ¶ Caſus

in q̃bus.& ſi ius agenti reſiſtat poſſeſsio=
nẽ tamen ex titulo poſſeſſor colorare non
tenetur. ¶ Quid ſi ius agenti reintegran
de non reſiſtat, an ſemper reſtitutio fien
da ſit. ¶ Si violentia non ſit adhibita ꝑ=
ſonalis, an nihilominus reſtitutio ante om
nia ſaltim de ſtilo fiat. ¶ Senſus ad.c.ex
inſinuatione. de officio delegati. ¶ Ad.c.
ſi Epiſcopus.de preben.in 6.

57 SPOLIATVS copiã iudicis nõ ha
bens, an q̃a periculũ eſt in mora vel res ip
ſa dãnũ patiatur, ſi ſpoliet ſuũ ſpoliatorẽ
ante omnia reſtituere teneatur, & quid ſi
de proximo iudex erat reuerſurus. ¶ Sen
ſus ad . l . generali. C . de decur . lit . x.
¶ Ad.l.ait pretor in.§. ſi debitorem . ff.
de his que in fraud.credit.

58 SPOLIATVS non exprimens a,
quo an agẽs faciat in petitorio ſupꝑſederi.

59 AN ET q̃n poſſeſſoriũ operetur effe
ctũ ſuſpenſiuũ in petitorio. ¶ Quid ſi poſ
ſeſſorium poſt litis conteſtationem in peti=
torio (cum clauſula ꝙ aduerſarius ſi
quod dominium habuerit id amiſerit per.
l. ſi quis in tantã. C. vnde vi) propoſitum
fuiſſet. ¶ Quid ſi non ad effectum.d.l.
ſi quis in tantam. ſed ſimpliciter vt peti=
torium impediret. ¶ Cur in beneficiali=
bus abſque iudicis decreto ipſo iure quis
incidat in penam.d. l . ſi quis in tantam.
¶ Cur in profanis non ſuperſedeatur
in petitorio per poſſeſſorium poſt inchoa=
tum ſicut in ſpiritualibus, & beneficiali=
bus ſuperſedetur. ¶ Et quando ius alicui
competens originari videatur. ¶ Senſus
ad clem.primam, de cauſa poſseſſ. & pro
priet. ¶ Ad.c.ex inſinuatione.de officio
delegati.

60 LITE conteſtata in petitorio, an illud
ꝑ poſſeſſoriũ motũ ſuper eadẽ re donec re
ſtitutio fiat ſuſpendatur.

61 ADEPTVS poſſeſsionẽ lite pẽden
te ſi ſpolietur an ſit reſtituendus . & de
attentatis hincinde. ¶ Senſus ad Rotã int
Antiquis. 428. ¶ Ad.l. ſi quis ad ſe fun=
dum.C.ad l.Iuliam de ui. ¶ Ad Rotam
in nouis. 55.

62 MILITES ruſtici ſeu perſone alie
que iuris ignorantia excuſantur ſi eorum
ſpoliatores ex ĩteruallo ſpolient, an añ om
nia reſtituere teneantur.

63 EXCEPTIO conuenti dicentis acto
rẽ non fuiſſe ſpoliatũ, an impediat eũ ante
omnia reintegrari puta dicendo ꝙ actor
tempore pretenſi ſpolij non poſsidebat,
ſed ipſe conuentus vel tertia perſona.
¶ Quid ſi talis exceptio per tertium aſ=
ſerentem rem ſuam eſſe proponatur.
¶ Et an dicere ſufficit ꝙ Reus ipſe
tunc poſsidebat vel an preſcriptionem
allegare opus ſit in profanis vel quid in
beneficialibus. ¶ Senſus ad rotã in nouis.
259. Ad boeriũ in deciſ. 238.

64 MONACHVS obtinens beneficiũ
ad nutũ Abbas aut beneficiũ amouibile ſi
ab Abbate ſpolietur, an ante omnia reſti=
tuendus ſit. ¶ Quid ſi pendeat inquiſitio
procurata per monachum contra ipſum
Abbatem dum ſpoliatur. ¶ Senſus ad ro=
tam in antiquis deciſ. prima . & 358.
¶ Ad Bellem. in deciſ. 251. ¶ Ad In=
noc.in.c.olim.de accuſat. ¶ Ad.l, ſi quis
conductionis.C.locati.

65 PRINCEPS in poſſeſſorio ſi man=
det ſuperſederi, an in ſolo petitorio pro=
cedatur.

Si poſt

66 SI POST ſpolium ſpoliatus de domi nio ipſius rei a, principe priuaretur, an reſtiſtituendus ſit. ¶ An & quando per principem ſine cã priuatio fieri poſsit, & que iuſta dici mereatur.

67 QVIS ſi ſpolietur ab illo cui de iure ob nãtura res erat, an reintegretur. ¶ Quid ſi violenter. ¶ Et quid in emphiteoſi eccleſiaſtica ſi ob non ſolutum canonem res cecidiſſet, an prelatus violenter ſpolians iudicio pendente faciat eccleſiã cadere in penam.l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

68 PRINCEPS violenter ſi quẽ ſpo liaret, an ſpoliatus reſtituatur. ¶ Quid in iudice inferiori. ¶ Senſus ad Baldum. in ſuo conſil. 27. ¶ Ad Deciũ in cõſil. 191

69 SPOLIATVS a, iuribus que pre ter leges penes priuatas perſonas ſine ti tulo exiſtunt, puta a, quaſi poſſeſsione ve ctigalis exigendi ſeu iuriſdictionis exer cende ſimiliumq;, an reſtituatur.

70 FICTVS poſſeſſor qui verã poſſeſ ſionem non apprehendiſſet ſi spoliaretur an reſtitui debeat.

